



DISPUTATIO JURIS ECCLESIASTICI

De

**NEXU PA-
ROCHORUM**

ET

PAROCHIANORUM,

QUAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDER. WILHELMO,

CORONÆ BORUSSICÆ ET ELECTORATUS
BRANDENBURGICI HEREDE &c. &c.

IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA

PRÆSIDE

JUSTO HENNINGO Böhmer. L.

PROFESSORE JURIUM EXTRAORDIN.

d. April. MDCCCL.

IN AUDITORIO MAIORI

publicæ disquisitioni eruditorum submittit,

FRIDERICUS AUGUSTINUS HOHENDORFF.

Saxo-Halensis

Typis Orphanotrophii Glaucha-Halensis

DISPUTATIO JURIS ECCLESIASTICI

DE

INDEX P. A.

ROCHORUM

PAROCHIANORUM

REGTORUM MAGISTRORUMQUE

DR. FRIDER. WILHELMO

COTONE BORSSON ET RECTORIS

FRANDBURG OF FREDER. BORSSON

IN RECTORIA S. MARCI REGIMAN

PR. F. 1718

IUSTO BRUNINGO

PROFESSORE JURIS EXTRAORDINARIO

DR. APPL. MEDIC. I.

IN ACADEMIA ALBERTINA

PUBLICAE DISCIPLINAE ACADEMICAE

FRIDERICUS AUGUSTINUS HONNENDORFF

Saxo-1718

Typo-1718



Reverendissimo atque Excellentissimo

DOMINO

DN. SIMONI FRI-
DERICO WOLF-
HARDT,

Regiæ Majestatis Borussicæ
CONSILIARIO SPECTATISSIMO

nec non

Liberi Imperialis Cœnobij Bergensis

ABBATI DIGNISSIMO

Domino affini & Patrono suo
omni honoris & pietatis cultu
devenerando

hoc specimen Academicum
ex jure sacro haustum
sacrum esse jubet
in simulque
occasione hujus disputationis
de
**NEXU PAROCHORUM ET
PAROCHIANORUM**
nexui ejus benevolentiae & indulgentiae
de novo se commendat
&
a Coelesti providentia
omnem benedictionem
uberrimam gratiam
Sufficientes vires
apprecatur

**FRIDERICUS AUGUSTINUS
HOHENDORFF.**

DISPUTATIO
DE NEXU PAROCHORUM ET
PAROCHIANORUM.

CAP. I.

De Parochis eorumque Constitutione

§. I.



Uemadmodum in omni societate & colle- *Datur qui-*
gio nexus quidam occurrit, per quem *dam nexus*
corpus illud mysticum conseruatur, & *inter Paro-*
sustinetur; ita eodem modo in societate *chos & Pa-*
Ecclesiastica comparatum esse, res ipsa *rochianos.*
loquitur. Constituit videlicet ipsa Eccle-
sia visibilis & quidem particularis socie-
tatem quandam, in qua potior nexus seu

respectus est inter docentes & auditores, ita ut singulis qui-
dem propria jura attribui debeant, quæ tamen vt plurimum
resoluntur in illum intimum nexum, qui est inter docentes
& Auditores. Postquam vero plures deinde particulares Eccle-
siæ ortæ, & Parochiæ constitutæ, sensim cœpit nexus restrictor-
oriri in Ecclesiis Parochialibus inter Parochos & Parochianos,
quo magis Parochiani adstricti sunt per ordinationes Ecclesia-
sticas ad suos Parochos & Parochias & fines Parochiales. Cum
itaque de hoc nexu præsens disputatio sit concepta, ille non
rectius videtur concipi & evolvi posse, quam si tum Parochos
eorumque relationem ad Parochianos, tum etiam Parochi-
anos, eorumque respectum ad Parochos & Parochiales Ec-
clesias ex principiis Juris Ecclesiastici consideremus, & ita
nexum illum mutuum exinde eruamus. Faxit Deus feliciter!

*Parochi
quid.*

§. II. Parochi, die Pfarrer / sunt personæ Ecclesiasticæ per legitimam vocationem seu electionem Ecclesiæ Parochiali populoque in Parochia illa degenti præpositæ ad docendum verbum Dei, intralimires sibi præscriptos, jus habentes exigendi a Parochianis omnia illa, quæ vijuris Parochialis ipsis debentur. Definitionem hanc fufius explicare superfedeo, cum, si conferantur illa, quæ de Origine Parochiarum dicta sunt, & adhuc in sequentibus dicentur, apparebit, illam ad praxin valde esse accommodatam.

Quid intelligi debeat per personas Ecclesiasticas.

§. III. Illud unicum saltem moneo, me Parochos ideo nominasse *personas Ecclesiasticas*, ut stylo consueto uterer. Quamvis enim non ignotum mihi sit, personas Ecclesiasticas plerumque opponi secularibus, & ita quoque Germanice inter se distingui *Geist und Weltliche* / adeoque fere ortum sit, ut pietas & omnia eius exercitia ad solos Clericos sit rejecta, mundo secularibus personis relicto, tamen hoc in sensu minime hanc vocem intelligendam esse hic volo. Etenim hoc sensu distinctio ipsa est nullius momenti, & omnes earatione debemus esse Ecclesiastici, *Geistliche*. Seculares enim & mundani de hoc Mundo sunt, & ita regnum Dei non videbunt. Dicamus ergo Parochos ideo dici Ecclesiasticos, quia certæ alicui Ecclesiæ seu templo inserviunt, eique tanquam glebæ adscripti sunt, ibi jura sua exercent, & regimine suo (loquar ex praxi communi) omnia in illa Parochia complectuntur.

Legitima vocatio quid. Unde sit divina.

§. IV. Feci autem mentionem in definitione Parochorum *legitimæ vocationis*, oppositæ ei, quæ illegitimis modis extorqueri solet. Pleriq; ad legitimam vocationem requirunt, *ut sit divina*. Hactenus bene. Sed unde judicari possit, an sit divina, nec ne in hypothesi, res non caret difficultate. Plerumq; externa illa vocatio simul divina esse censetur, ita, ut si modo Parochi literas suæ vocationis in publicum ostendere possint, sufficiens testimonium se habere putent de divina vocatione. Sed sæpius quaestio cum Christo institui possit? *τίς ὁ θεὸς ἢ ἐκείνῳ καὶ ἡ ἐπιτροπή;* Apud plurimos prætextus inserviendi Deo pro vera causâ ventilatur, cum

cum si larva vocato detrahatur, vel cupiditas lucrandi vel ambitio vocatum traxerit, ut mediante Patronorum, quos haec tenus sibi acquisivit, auxilio magis obtrusus sit populo, quam legitime vocatus. Et certe rarissime in praxi observari videmus moni-
Parochus
 tum Imperatoris *l. si quinquam 31. C. de Episcop. & Cler.* ubi ita: *can- se non de-*
tum ab ambitu debet esse sepositus, ut quærat cogendus, rogatus recedat, bet inge-
invitatus effugiat, indignus enim est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus in-
re.
vitus. Pluribus hic consuli potest Ziegl. *in tr. pecul. de clerico re-*
nitente.

§. V. Unde non satis mirari possum praxin Parochorum modernorum, qui ab una Ecclesia ad aliam vocati certitudinem *quilibet de*
 de vocatione divina ab aliis petere solent, non a se ipsis. Pierum- *vocatione*
 que enim consulunt Theologicam quendam Facultatem, & si *judicare*
 hæc respondeat, posse vocatum salva conscientia alio visum mi- *debet, an*
 grare, & vocationem illam divinam esse, se fatis suæ consuluisse *sit divina*
 conscientia arbitrantur, cum tamen alii inidonei sint de mea re- *non alio-*
 spondere conscientia, & cuilibet testimonium conscientia suæ *orum sequi*
 indicare debeat, utrum in corde tuo convictus sit, se legitime *judicium.*
 esse vocatum. Nec deerit piis & fidelibus Ministris Ecclesiae te-
 stimonium Spiritus S. si vocatio ab illo pervenit, modo eo in sta-
 tu non sint, ut tractum Spiritus S. sentire non possint *Διὰ τὴν πώ-*
ρωτον τῆς καθίας αὐτῶν Ephes. 4, 18. Nisi ergo quis ipse convictus sit
 de vocatione divina, vel mille aliorum testimonia non sufficient
 ad tranquillandam conscientiam. Brevibus: *Externam vocatio-*
nem confirmare debet interna & ita illi subordinari. Carpz. *Juris p. Con-*
sist. Lib. 1. tit. 5. def. 62. n. 4. Et exinde judicabitur, an sit divina vo-
 catio, necne?

§. VI. Illud certe observari meretur, rarissime vocationem *Cur non*
 pro divina reputari, quando Parochus ad talem Ecclesiam vo- *reputetur*
 catur, ubi non tantos redditus percipere potest, majoribus tamen *vocatio di-*
 laboribus se onerari videat. Cur? Neq; enim tunc tam DEUS *vina, ubi*
 ipsum vocavit ad Ecclesiam priorem, quam potius cupiditas lu- *reditus in-*
 cri & commoda vivendi ratio. Contra ubi minuuntur labores *translatio-*
 augentur redditus, ibi sine dubio secundum captum ejusmodi *ne minu-*
untur.

carnalium Parochorum vocatio pro divina reputanda. Non contra amorem hic judico, sed ex praxi communi & potius ex singulari miseratione cum voto, ut quilibet ita carnaliter vocatus nævam hanc agnoscat.

Jus eligendi conferri potest.

§. VII. Deniq; quoque legitima illa vocatio intelligitur, quæ ab iis facta, quibus jus vocandi competit. Quod si rem ex iis consideremus fundamentis, non dubium jus eligendi Parochum penes totam Ecclesiam Parochialem esse, cum naturaliter cœtui cuilibet permittantur ea, quæ ad sui confirmationem sunt necessaria. Jam autem quatenus Parochia adhuc retinet faciem alicujus Ecclesiæ, cœtum certum & societatem designat, & sic hætenus, *quatenus nihil aliud constitutum*, jus vocandi Parochum toti Ecclesiæ adscribendum est. Observarunt hoc ipsum adhuc Leges Svecorum, Gothorum, cum in *l. i. c. 5.* ex Editione Jo. Messenii ita disponatur: „Ecclesia ergo consecrata, Parochiani præsentabunt Presbyterum, quem volunt, si concordēs fuerint. Cujus scientiam legitimam ordinationem considerabit Episcopus & illi Ecclesiam conferet, si ita visum fuerit. Quod si Parochiani in præsentando non fuerint concordēs, adhibent ipsi Episcopum, petendo ut Ecclesiæ de Parocho providentur, tenetur tunc illi Episcopus Ecclesiam conferre, cui ipse favet, & qui in illa Ecclesia dignoscitur Jus Patronatus habere. Et quod ita olim vocatio a multitudine & universo cœtu Christianorum facta fuerit, apparet ex *Act. 1. 15. Act. 6. 5.* Quo etiam referri potest, *Act. 1. 4. 24.* ubi vocem *καθολικῆς* per consensum populi & suffragium exponunt. Voet. *Polit. Eccl. p. 2. L. 2. tr. 2. c. 3. p. 601.* Nec primitivæ Ecclesiæ Scriptores aliud evincunt. vid. inter alios Cyprian. *Epist. 68.* B. Brunnem. *de jure Eccl. L. 1. c. 5. §. 4.* Gisb. Voet. *cit. l. c. 5. p. 617.* Ziegl. *de Episcop. Lib. 2. c. 1. §. 5. seqq. & §. 11.* ubi Cypriani verba ex *cit. Epist. 68.* adducit.

Jus vocandi alius conferri potest.

§. VIII. Dixi autem, hæc tunc obtinere, *quatenus nihil aliud constitutum*. Nam jus vocandi Parochum facultatem tantum Ecclesiæ competentem denotat, de qua tamen non dubium, quin mutari & vel uni vel pluribus a tota Ecclesia, seu iis, quibus antea

antea jus vocandi competit, conferri possit, id quod etiam in aliis societatibus & cœtibus usu venire solet.

§. IX. Indenatum volunt Jus illud decantatum Patronatus *Das Pfarr-Rehn* quod est facultas eligendi præsentandi & vocandi Parochum competens certæ personæ ex fundatione vel dotatione Ecclesiæ ad hoc ut præsentatus constituatur ad munus Ecclesiæ. *Stephan. de Jure Patron. P. 1. c. 3. n. 3. Finckelthaus. de Jur. Patron. c. 2. n. 1. Brunn. L. 2. c. 8. §. 1.*

Jus Patronatus quid

§. X. Facile autem apparet, nobis non esse hic sermonem de Jure Patronatus *Regio*, quod tantum Jus protectionis Domino territorii competens infert, sed de *Vulgari* cujus essentiam vulgo statuunt in Electione & præsentatione. *Dn. Schilt. Instit. Jur. Can. Lib. 1. tit. 13.*

Jus Patronatus Regium & vulgare

§. XI. Quæ ut rectius intelligantur, sciendum est, tria vulgo hic distingui in Jure Patronatus. Primum est *Nominatio*, quæ vel fit a Patrono ipso, & respicit personam a Patrono electam, quam ille Ecclesiæ in suggestu ad videndum & audiendum futurum Parochum sistit *Finckelth. cit. l. n. 13.* vel ab aliis quam Patrono, & ita nihil aliud denotat quam jus commendandi Patrono personam in Parochum eligendam, cujus rei illustre exemplum occurrit in *Instr. Pac. art. 7. in f. §. 1.* ubi provisum quod si Patronus Religionem mutaverit, nihil ominis tamen non possit Ecclesiæ alterius confessionis obrudere Parochum, sed tunc liceat hoc mutationis casu ipsis communitatibus nominare Patrono Ecclesiarum Ministros, ex quo apparet jus nominandi seu commendandi Parochum ad essentiam juris Patronatus non spectare. *Dn. Schilt. cit. l. §. 9. & 10.*

Nominatio fit vel a Patrono vel aliis.

§. XXII. Deinde succedit *Vocatio* die *Veruffung* / quando Patronus Ecclesiæ nominato atque a Parochianis approbato literas vocationis transmittit, ut futurus sit illius loci Parochus *Finckelthaus. cit. l. n. 14. Carpz. Jurisp. Confess. lit. 3. def. 22. n. 4.* & hæc literæ sunt hodie pro dolor! asylum illud, ad quod confugere solent, ubi de legitimitate vocationis quæstio instituitur. Verum nec hoc semper coheret Juri Patronatus, sed Parœcianis aut Senatui

Vocatio.

competere potest. Unde a jure vocandi ad Jus Patronatus nulla valet consequentia. Dn. Schilt. *cit.* §. II.

Præsentatio essentialis Patroni negotium.

§. XIII. Deniq; est *Præsentatio*, quæ proprium Patroni & essentialis negotium est, quando Patronus nominatum & vocatum cum literis præsentationis & vocationis ad Consistorium ablegat, ut an dignus officio tali sit exploretur, & post instituitur.

Origo Juris patronatus.

§. XIV. Quod igitur Jus antea omnium erat, ad certum postea individuum restrictum est. Quo jure vero id factum fuerit, non rectius intelligemus quam si Originem hujus juris indagaverimus. Pleriq; illam adscribunt Justiniano Imperatori, qui in *Nov. 57. c. 2. Nov. 123. c. 18.* diserte constituit, ut hic, qui Ecclesiam ædificaverunt vel de suo præbent Clericis annonas, habeant Jus statuendi Clericos. Steph. de Jure Patr. *p. 1. c. 5. n. 8.* Dn. Schilt. *Inst. Jur. Can. cit. l. §. 3.* Verum recte animadvertit Ill. Dn. Stryk. in *not. ad Brun. Jus Eccl. lib. 2. c. 8. §. 1.* jam in Concilio Toletano primo occurrere hujus juris vestigia & ita multis ante Justinianum annis ejus rationem fuisse habitum. *Ubi enim* inquit prælaudatus Autor, „ædificari cœperunt templa, & multi ex privatis quoq; ex sententia consilioq; Antistitis sui pio Religiosoq; affectu res suas Deo consecrarunt, æquum fuit visum, ut amissa proprietate rei aliquid tamen Juris prior Dominus retineret, quod pietatis ipsius singularisq; in Ecclesiam voluntatis perpetuum monumentum esset. Et cum antea ipse rei Dominus fuisset, post consecrationem & dedicationem vero Dominus ipse amplius manere non possêt, Patroni appellatio magis quam Domini ei competere visa fuit. Ex eodem fonte quoq; deducere videtur hoc Jus Franc. du Roy de Jure Patron. in *Prolegom. c. 3.* & sic fere ad tempora Constantini M. illud reducit, quia ibi certatim templa ædificabantur. Quamvis id admittere nolit, ideo Jus Patronatus ædicatoribus datum fuisse, ut fideles excitarentur ad Ecclesias ædificandas, cum scilicet eo tempore tot Ecclesiæ essent ædificatæ, ut etiam homines per leges publicas ab hoc pruritu reduci debuissent. Ad hoc tamen regeri possêt

Causa introducti Juris Patronatus fuit provocatio ulterioris liberalitatis.

set, causam juris Patronatus præprimis constituisse in ulteriori provocatione liberalitatis hominum; non præcise ad ædificandas, sed etiam ad ditandas & dotandas Ecclesias. Unde ingenue fatetur Carpz. *Jur. Eccl. L. 1. t. 2. d. 13. n. 8.* Jus Patronatus ad opes Ecclesiæ augendas apprime conducere. Est ergo non bona intentione, sed potius ex causis. Ecclesiæ ipsi quoad internam constitutionem, minime conducibilibus hoc jus introductum.

§. XV. Produxit ergo structura templorum & liberalitas potentum varia Jura, imo, ut rectius dicam, populo extorsit. Illud quidem haud nego, potuisse ab Ecclesia uni committi electionem: Sed an ita ab Ecclesia unquam commissa fit, valde subdubito. Postquam enim Clerus bene animadverteret, ex tali jure redditus Ecclesiasticos incrementa capere, templorum numerum augeri, invitare ambitionem potentum & ditiorum voluit ad ulteriorem liberalitatem, adimendo Jus Ecclesiæ, quod antea ei competebat, & in unum transferendo. Et talis jam status rerum erat, ubi laici contra attentata Clericorum, jam Regimen Ecclesiasticum tenentium, ne hiscere quidem audebant, sed patiendo nolentes volentes omnia approbare tenebantur, præsertim cum Conciliorum confirmatio & Imperatorum auctoritas accederet. Unde & Stephan. *de Jure Patron. P. 1. c. 5. n. 22.* fatetur quoad primam Originem magis tolerantia & conniventia niti; quam debito Justitiæ. Neq; adeo refragabor, si quis cum Lopez. *in practic. c. 54.* Petro Gregor. *in Syntagm. Jur. lib. 17. c. 4. n. 20.* Andr. Dalner. *de Jur. Patr. n. 14.* Franc. du Roy *de Jure Patron. prolegom. c. 2. p. 5.* altius ascendere & similitudinem quandam ab ipsis Ethnicis potere velit, cum constat, eos constituisse & extruxisse suo arbitrato templa, ipsiq; præposuisse Sacerdotes. Postquam enim cum templis Gentilium Gentilismus invasit Ecclesiam, non incredibile est, plura quoq; Jura ex Gentilismo simul in Ecclesiam irrepsisse. Confirmabo id verbis Baronii *tom. 2. ad Ann. 200. n. 5.* ubi ita: *Consulto postea introductum videtur, ut quæ erant gentilitie superstitionis officia, eadem veri Dei cultu sanctificatæ*

An ab Ecclesia uni jus vocandi unquam commissum.

Analogum quid apud Gentiles reperitur.

sanctificata in verum Religionis cultum impenderentur. Verum eventus & experientia docuit, gentilitia superstitione omnia fuisse eo ipso repleta & Christianos a vera ratione colendi Deum abductos Conf. Ziegl. de Dot. Eccl. C. 4. §. 26.

*Distinctio
inter curam
vocationis &
ipsam vo-
cationem.*

§. XVI. Ne vero his, qui inter Protestantes illud defendunt, & recte retineri autumant, ratio defendendi hoc jus deficiat, distinguere solent inter *curam vocationis* & ipsam *vocationem*. Illam Patrono adscribit, hanc vero nihilo minus toti Ecclesie reservant Carpz. Jurisp. Eccl. Lib. 1. tit. 3. def. 27. Hinc exinde infert. n. 3. Cum Ecclesia ex triplici statu consistat *Ecclesiastico Politico & populari*, non modo secularem Magistratum sed etiam Clerum & populum omniumq; Paroecianorum deo Cingepfarretent Consensum ad vocationem accedere debere. Quomodo vero accedit? Id explicat Dn. Schulz. in Disp. de eo quod just. est circ. Paroch. C. 4. §. 3. in fin. Scil. „Patronus repræsentans statum Politicum nominat, vocat, præsentat. Clerus statum Ecclesiasticum constituens examinat ordinat, judicat, constituit: Paroeciani deniq; sub æconomico statu comprehensi assensum suum præbent. Brevius Carpz. cit. l. def. 32. hoc exprimit. „Ecclesiasticus status debet consulere de persona idonea, popularis approbare, Politicus decernere. Conf. Consil. Theol. Wittenberg. p. 2. p. 18.

*An triplex
status hic
concurrat.*

§. XVII. Verum hæc figmenta jam plenius rejecta sunt, & magis lulum ingenii sapere videtur, quod Patronus peculiarem statum designare videatur. Status hic triplex in Ecclesia non attenditur: Hinc peculiaris Jura in Ecclesia cuivis attribuere per absurdum est. Electio Ministri Ecclesie est negotium ad Ecclesiam deo Gemeinde spectans non ad Rempublicam seu statum politicum quia talem hinc Princeps & Magistratus tantum consideratus ut membrum Ecclesie nullam prærogativam ratione Electionis prætereundere potest, nisi speciatim hoc ab Ecclesia fuerit de mandatum, vel ratio circumstantiarum quarundam id postulet. Sed quod hic addit Weber de Jure Consistorii Sect. 5. p. 355. sic Ecclesiam deferre eligendi Jus Magistratui uti populus

populus potestatem per L. Regiam, aniam potest dare dubitandi, an unquam talis potestas fuerit delata, sicuti de L. Regia dubitamus. Optime hac de re loquitur Pl. reverend. Dn. Spener in Theol. Bedenken P. 1. c. 1. Sect. 56. Keine dieser Stände (Lehr- und Wehr-Stand) eignet sich die geistliche Gewalt proprio jure zu bey den Evangelischen/wie in den Pabstthum die Clerikey thut / sondern sie erkennen alle/ das Recht der Gemeinde/ nur/ daß sie dieselbe von dero Übung aus andern Vorwenden abhalten/ und sonderlich die Obrigkeit/ das Jenige was sie thut/ auch in Namen ihrer Unterthanen zu thun/ und sie also zu repräsentiren vorgiebet/ wie sie in andern weltlichen Dingen sie gleichfals zuverreten pfleget. Nun bezeuge nochmals daß ich solche Repräsentation nicht billige/sondern darauff bestehe/ man solte es bey der ersten Ordnung gelassen haben. Indessen/ so ist es doch ein solcher Staat der Kirchen/walchen wir nicht loben/aber so lang es G.Dt noch also läset/dulden müssen.

*Judicium
Speneri de
his fabulis
Doctorum.*

§. XVIII. Qvod si vero distinctionem supra traditam inter *Examina-*
curam vocationis & ipsam vocationem examinemus, primo intuitu *tur distin-*
sat blande esse videtur, sed, quæ vera & genuina interpretatione *ctio inter*
nihil aliud evincit, quam qvod dicitur c. 26. D. 63. *vocatio-*
gere, fidelis populi est, humiliter consentire. Scilicet in omni Jure Pa- *nem &*
tronatus non qvidem excluditur consensus populi, sed ita ut Pa- *ejus curam*
trono *votum decisivum* in electione tribuatur, populo *negativum,*
Ut possint dissentire, non tamen aliter, quam, si justas dissensus *Plebi com-*
causas allegare possint. *petit vo-*
quem in finem finita concione *tum nega-*
sine qua Parochus non recte vocatur a Patrono Carpz. *tivum.*
def. 34. Parochiani congregati in loco aliquo congruo interro-
gari solent per Superintendentem, an habeant, qvod contra
Candidati electi doctrinam & vitæ integritatem allegare
possint, qvod & diserte statutum in *Ordin. Eccles. E-*
lect. Sax. sub tit. vom Examine aller Kirchen-Diener §. also ist auch
ibi: darauff nochmals der Superintendent, die Pfarr-Kinder befragen
soll, ob sie ihn zum Pfarrer und Kirchen-Diener Lehre und Lebens sei-
ner Sprache halber oder in andere Wege leiden mögen oder nicht.

B

§. XIX.

Votum negativum non sufficere ostenditur.

§. XIX. Verum votum hoc negativum non sufficit, ut possit libere Parochus a tota Ecclesia esse electus dici. Sæpe justæ dissentienti causæ non sunt in promptu neq; ex una Concione denominati a Patrono qualitatibus judicare possunt, præsertim cum nemo tam imprudens futurus, qui non una aliqva Concione eleganter elaborata ita se gerere possit, ut placere populo queat. Patronorum porro nominatio plus momenti habet, quam Parochianorum dissensus: Illi sola nominatione acquiescunt. Hi exquisitas dissensus causas coacervare debent, quod tamen difficile est. Unde hic solatii loco Paræcianis commendando dictum Jcti *in l. 30. de testam. tut.* Vobis quidem non deficit

Votum negativum quid sit in effectu.

Jus (dissentiendi) sed probatio. Est itaq; votum negativum in effectu nihil aliud quam humillima acclamatio, & gloria approbandi illum, quem Patronus nominat. Quod si libertas Ecclesiæ hac in re non auferretur, cur Ecclesia libera opponeretur Patronatæ? Cur Jus Patronatus instar alicujus servitutis consideraretur a Dd, & inde deduceretur, Ecclesiam semper præsumi liberam Carpz. *Jurispr. Eccl. lib. 1. tit. 2. d. 21. n. 1.*

Jus patronatus a pluribus rejectum.

§. XX. Quæ cum ita sint, reperti fuerunt, qui Jus hoc Patronatus das *Pfarr-Lehn* aperte improbarunt & tanquam Papiasticum quendam partum traduxere. Quidam damnationem hujus Juris adscribunt quoq; Luthero, quod is statim in ipsa Reformatione docuerit, Jus vocandi Ministros verbi divini pertinere ad Ecclesiam. Verum plerumq; Theologi nostri Lutherum aliter interpretantur, & cum solum respexisse ad impios Ecclesiarum Patronos autumant vid. Gerhard. *in loc. commun. tom 6. de Ministr. Eccl. Sect. 7. p. 194.* Ego quidem in præsentiarum hanc litem non facio meam; sed alium solummodo Theologum videlicet Gisbertum Voetium in medium adduco, qui aperto Marte Jus hoc impugnavit *Polit. Eccl. P. 2. lib. 3. tr. 2. c. 2. seqq.* cui tamen postea se opposuit Martin Schokius peculiari dissert: *de Jure patronatus.* Cum itaq; hoc Jus ad Jura Parochialia proxime referri debeat, non alienum a scopo me facturum confido, si laconico more argumenta, quæ contra hoc Jus proferuntur in medium producam & lectoris sinceri committam judicio.

§. XXI. Gisberti Voeti argumenta sunt hæc (1) quod nulla ratione probari possit, illud esse juris divini, ut Electiones Ecclesiasticæ in unum aliquod Ecclesiæ membrum transferantur, quotiescunq; dotatione aut fundatione lapidei & externi templi visum fuerit alicui Jus illud acquirere. (2) Quod Ecclesiis competat Jus eligendi *act. VI. 236. &c.* (3) Quod hujus Juris fundamentum sit malum, scil. contractus nominatus, do ut des, adeoq; symonia subsit. (4) Quod pari ratione oblatæ donationes ditiorum fundare possent Jus eligendi ad Diaconiam, quod tamen absurdum *Act. 6. 1 Tim. 3.* (5) Quod pari Jure vendi potuisset destitutio & remotio Ministrorum (6) Quod hac ratione electio- nes Ministrorum ad Catechumenos pueros, fœminas, Atheos, Libertinos, Apostatas, Hæreticos, Idololatrias, breviter, quoscunq; Religionis & Ecclesiæ juratos hostes transferantur. (7) Quod ita sæpe indignissime Ecclesiæ obtrudentur, ob lucrum quod inde Patroni quærere solent. (8) Quod sufficiat, quod in hoc Jure adfit species mali & collusio cum Monarchia Papali & oligarchia Pseudo-Clericali. (9) Quod Jus illud necessario annexum & implicitum sit *τῶν βιωτικῶν* i. e. negotiis secularibus, quorum translatio & professio millenis fori vitilitigationibus obnoxia est. (10) Quod Deus huic invento humano semper maledixerit. (11) Quod ita cives tennes & pauperes in perpetuum a Jure eligendi excludantur, ditiores autem admittantur. (12) Quod monstrosium sit potestatem aliquam Ecclesiasticam hæreditario Jure transferre vel vendere. (13) Quod in V. T. illi qui fundarunt aut dotarunt templum, inde nullum Jus sibi acqvisiverint. (14) Quod hoc Jus Patronatus, seqvioribus Ecclesiæ seculis, decrecente fide ac pietate, introductum. (15) Quod licet antiquitus per errorem & male Jus quæcunq; stabilitum fuisset, tamen hodierni maximam partem eo excidissent, non præstando conditiones nec onera subeundo a prædecessoribus suis in acquisitione Patronatus suscepta. (16) Quod Jus illud repugnet libertati Ecclesiis jam restitutæ. (17) Quod sublato fundamento, Hierarchia Papali scil. cessare quoq; debeat effectus, scilicet Jus

Voetij ar-
gumenta
contra Jus
patrona-
tus.

Patronatus. (18) Quod Ecclesiis Patronatus minus libertatis & potestatis relictum sit quam ceteris Anabaptisticis aliisque, quos Hæreticos vocant, imo ipsis Judæis. (19) Quod Patronatus hodiernus magis Ecclesiis præjudicet quam sub ipso Papatu, cum hodie sit absolutus & fere independens, sub Papatu vero limitatus & restrictus. (20) Quia Jus constituendi Ministros Patroni eripiunt supremis Potestatibus, quod argumentum est *ad hominem*. (21) Quod ita sæpe Patroni conscientias suas vim inferant, præsentandi diversæ Confessioni addictos. Atque hæc sunt tela Voetiana, quibus Jus Patronatus conculcare studet.

*Judicium
de Respon-
sione Scho-
ckij.*

§. XXII. Quamvis vero Juri Patronatus Advocatum dare possem Martinum Schockium, qui tela Voetiana exciperet, tamen vereor, ne sub hoc Patrono totum hoc Jus succumbat. Ita enim respondet, ut dubia illa Voetiana non penitus salvat, quamvis quibusdam omnino suum robur & efficaciam auferat. Ego hic nihil determino, putans tamen, in exercitio hujus Juris summa opus fore cautione, ut illud ab iniquitate liberemus, & sic argumenta & dubia Voetiana evitemus. Optime de hoc ipso judicavit summus Zieglerus, *de Episcop. lib. 2. c. 3. §. 13* „ Quod si, in-

*Judicium
Ziegleri de
jure patro-
natus.*

„quit, jus præsentandi ita explicetur, ut solum denotet jus nominandi, & proponendi certam aliquam personam, de ea autem & qualitatibus ejus judicium relinquat, non Episcopo tantum, sed toti etiam Ecclesiæ, & electio ita ab omnibus ordinibus, quorum Ecclesiam constituunt, perficiatur, causæ nihil erit, cur jus Patronatus, tot jam sæculis receptum, rejici debeat, & ex Ecclesia prorsus eliminari. Sane necessarium est in omni societate, ut sit aliquis, qui primum habeat suffragium, quique de rebus agendis primo loco suam dicat sententiam. Quod si igitur placuerit, ut circa electionem Ministri Ecclesiæ Laicus aliquis de Ecclesia bene meritis primum habeat votum, non exclusis reliquis qui ejusdem Ecclesiæ membra sunt, quid est quod reprehendi in tali ordine queat? Et ita se habet hodie jus Patronatus in Ecclesiis Saxonice in quibus non alium ob finem concionem *документу* ad populum habere jubentur. Cam-

„didati

„didati, duo, tres, quatuorve a Patrono nominati, nisi ex illis eligi
 „deinceps possit maxime idoneus. Hæc Zieglerus, quæ si eo
 modo observarentur in Ecclesiis, tolerari hæcenus posset,
 quamvis de praxi communi fere dubitem. Unde & variæ con-
 stitutiones Ecclesiasticæ serio ejus abusum reprehendunt, ceu
 constat ex Joh. Friderici gloriosæ memoria Ducis Brunsvicen-
 sis & Luneb. ordinatione de Anno 1675. d. 6. Maj. wie sich Patroni
 mit Verleyhung der Pfarren zu verhalten haben/ quam integram hic
 subjicere lubet.

*Adducitur
 constitutio
 Joh. Fride-
 rici Ducis
 Brunsv. &
 Luneb.*

Von Gottes Gnaden Wir Johann Friederich Herzog zu Braun-
 schweig und Lüneburg ic. erbiehen allen und jeden unsern Unter-
 thanen/ auch ausländischen Patronen/ so in unsern Fürstenthümern
 und Landen Pfarren zu verleyhen haben/ nach eines jedweden Stan-
 des Erheischung unsern geneigsten Willen/ Gunst und Gnade zu-
 vor/ und fügen denenselben hiemit zu wissen.

Obwol in Gottes Wort/ und den allgemeinen beschriebenen
 Rechten verseyhen/ auch unsere in Gott ruhende Vorsahen/ insou-
 derheit Heinrich Julius Bischoff zu Halberstadt und Herzog zu
 Braunschweig und Lüneburg in einer am 14. Junii Anno 1597. pu-
 blicirten Constitution ausdrücklich und heilsam verordnet/ daß die
 Pfarrendienste nicht um Geld/ Geschenke/ noch einiges andern Nutzen
 und Vortheil willen/ wie die Nahmen haben oder erdacht werden
 möchten; sondern allein Gott dem Allerhöchsten zu Lob und Ehren/
 auch Ausbreitung seines allerheiligsten Nahmens und allein selig-
 machenden Worte Gratis verleyhen und conferiret werden sollen/
 auch danebest dahin zu sehen/ daß zu solchem schweren und wichtigen
 Amte Gottesfürchtige/ ehrbare/ gelahrte und tüchtige Leute vorge-
 schlagen und verordnet werden möchten: So müssen wir/ doch nicht
 ohn sonderbaren Mißfallen vernehmen/ welcher Gestalt von etli-
 chen Patronis schändliche Simonie und Finanzerey mit den
 Pfarren/ und derselben Patronaten getrieben/ grosse Summen Gel-
 des zu Lehn- Waar gefordert/ auch genommen; dieselbe dennoch be-
 schönet / und honoraria sponte oblata gefauffet werden/ einer den
 andern mit Gelde austrecken/ ja wol gar die Patroni mit dieser aus-
 drückts

drücklichen Condition, daß Präsentati diese oder jene ihm vorge-
 schlagene Weibesperson ehlichen wollen/verleihen und ausstellen/ un-
 also eine lautere in Gottes Wort und dem Rechte hoch-verbothene
 Simonia nundinatio und quæstus mit dem Pfarrensecretur wur-
 de. Wenn nun solches nicht allein wider rechtlicher und zum höch-
 sten unbillich/sondern auch dem Predigtamt überaus schimfflich ist/
 daß mit dessen Bestellung also lieberlich umgegangen/un dergleichen
 höchst-straffbare Finanzerey getrieben werde; So wollen Wir die
 ausländische Patronos hiermit freundlich und gnädig ersuchen/ und
 ermahnet/unsern Unterthanen aber ernstlich und bey Vermeydung
 unserer höchsten Ungnade auffleger haben/daß sie sich solcher unzie-
 menden und ihnen selbst schimfflichen exactionen und Schinderey-
 en in und bey Verlierung ihrer und in unsern Fürstenthümern und
 Landen habende Pfarren hinfüro äussern und enthalten. Da aber
 einige Patroni etwas an Lehngeld pro recognitione zu nehmen/
 berechtiget/ und solches beständig hergebracht hätten/können Wir
 geschehen lassen/daß ein solcher Patronus von einer guten und ver-
 mögsamen Pfarre etwan 4. Thl. von einer mittelmäßigen 3. von ei-
 ner geringen 2. Thl. nehme. Mit der Verwarnunge/dahinfüro sich
 befinden würde/ daß ein Präsentatus mehr zu Lehn gegeben/ oder
 sonst den Pfordienst zu erlangen sich ehelich versprechen müssen/
 (welches dieselbe vermittelst körperliches Eydes anzusagen angehal-
 ten werden sollen) daß er denn zu der erledigten Pfarre keines We-
 ges gelassen/sondern stracks abgewiesen/der Patronus seines Patro-
 natus vor dasmal verfallen seyn/ und die erledigte Pfarre mit Hind-
 ansetzung des Patroni, von unserm Consistorio bestellet werden
 solle/darnach sich ein jedweder zu richten/und damit diese unsere Ver-
 ordnung zu männiglichem Wissensschafft kommen möge; so soll dieses
 Edict allenthalben in unsern Fürstenthümern und Landen von den
 Canzeln abgelesen/und darauf an gewöhnlichen Orten angeschlagen
 werden. Gegeben in unser Residenz-Stadt Hannover unter unser
 Consistorial-Secret d. 6. May 1678.

Non tantum vero peccari potest in exercitio Juris Patro-
 natus, quando Simonia ita exercetur, uti haftenus dictum, sed
 etiam

etiam, quoties Jus eligendi Parochum virgini alicui conceditur, ut scilicet ille huic officio sit præponendus, qui illam uxorem ducere velit, qualis concessio repugnat naturæ vocationis divinæ, quod illustratur sequenti responso. Mens. Jul. 1701. ab Illustri Facultate Juridica Hallens. concepto:

Hat ein Fürste einem wohlgezogenen Mägdchen/von guten und honesten Leuten / auch von guter Gestalt und auff devo Leben und Wandel nichts zu tadeln/ imgleichen auch von solcher Aussteuer und Mitteln als eine im Lande seyn möge/ eine Pfarre mit diesen Formalien geschentet:

Se. Hochfürstl. Durchl. haben gnädigst versprochen und zugesagt/ daß der Jgfr. N. N. die durch den Todesfall des Seligen N. N. erledigte Pfarrstelle/ solcher Gestalt überlassen werde/ daß wann sich dazu ein tüchtig subjectum sie zu heyrathen/ angiebet/ demselben sothane Pfarre conferiret werden solle.

Und entsethet nun daher die Frage: Ob ein Landes-Herr solches wol thun könne/ und so sich ein tüchtig subjectum so der ganzen Gemeine gefällig ist/ finden möchte/ derselbe sich wol Scrupel des Gewissens zu machen habe/ ob er auch durch wohl-beruffene Wege ins Predigt-Amt trete?

Ob nun wol solche Vocation nicht unrechtmässig zu seyn scheint/ indem allhier zum voraus gesetzt wird/ daß der Vocandus ein solches Subjectum an dessen Lehre und Leben nichts zu tadeln/ und welcher auch der ganzen Gemeine gefällig ist/ folglich/ da/ secundum principia Protestantium denen Predigern zu heyrathen freysethet / auch diesen nicht verwehret werden mag/ gedachte Jungfer zu heyrathen/ und über den von unterschiedenen/ sowol Theologis als Jctis, davor gehalten wird/ quod sub conditione, si viduam, vel filiam antecessoris ducat, ad functionem Ecclesiasticam aliquem vocare liceat?

Carpz. Jurispr. Consist. L. 1. def. 42. n. 4. § ab eo citati.

Gleichwie auch solches an vielen Orten gebräuchlich/ und es daher das Ansehen gewinnt/ daß in hoc casu simili wol ein Gleiches müste vergönnet seyn;

Weil

Weil doch aber unter denen Stücken so der Apostel *1 Tim. 3, 2. seqq.* zu einem rechtschaffenen Lehrer erfordert/dieses keines wegcs enthalten/das er eine gewisse Person heyrathen müsse/welche der Patronatus ihm vorschläget/und wann gleich daselbst stehet/das ein Bischoff eines Weibes Mann seyn soll/democh solches nicht præceptive, sondern permissive, und zwar also zu verstehen/das ihm zwar zu heyrathen soll erlaubet seyn/ er sich aber mit einer Franzen soll begnügen lassen/ und vielmehr Paulus an einen andern Orte *1 Cor. 7, v. 7. seqq.* ausdrücklich mit vielen argumentis darthut/das es besser sey/wenn jemand ledig bleibe/indem er also besser sorgen könne/was dem HErrn angehöret/welches auch vornehmlich bey den Predigern statt finden soll/und dann anderer Gestalt/vornehmlich niemand zur Pfarr gelassen wird/wobei er nicht die Person heyrathet/das Matrimonium nicht liberum bleibet/nach dem ein solches Prediger verstatet wird/nach der Lehre Pauli das Beste zu erwählen/daher auch die Theologi Dillingenses in *Composse. Pac.* die Lutheraner beschuldigen/ sie hätten zwar die verbotene Priester-Ehe abgeschafft/und das Freyen als ein Adiaphoron zugelassen/aber jetztiger Zeit würde der Zwang zu der Ehe denen angehenden Lutherischen Predigern bey ihren vocationen angemühet/das sich die Lutheraner dadurch des Religions-Friedens verlustig gemacht/weil bey der Prediger Veruff nicht mehr die Priester-Ehe frey gelassen/sondern bald diese bald eine andere aufgedrungen würde/Überdem auch viele andere inconuenientia daraus entstehen/sintemal solcher Gestalt das ganze Jus eligendi Pastorem, auf ein Weibemensch ankommt/indem auch diese wider ihren Willen eine Person zu heyrathen nicht kan gezwungen werden/und also wann gleich ein tüchtiges subjectum vorhanden/solches allein auff den Willen der Jungfer beruhet/ob er ihr anstehet oder nicht/ auch nicht zu glauben/das eine solche Person auff die Tüchtigkeit/so zum Predigamt erfordert wird/welche zu prüffen ohne dem eine Weibemensch person insgemein unfähig/sondern nur darauff sehen werde was ihrem Fleische möchte gefällig seyn. Deshalb ein Prediger zu Hamburg Nahmens M. Warnikenius in einer Predigt zu St. Nicolai Anno 1669. gehalten/solches eine Schandthat nennet/das gleich wie Habel die Götzen Labans unter sich in die Streu geleet/Gen. 31. also auch die

Simo-

Simonisten aus denen vocationen lauter Gözen machten/ und gleichsam solchen Veruff ins Predigtamt unter den Rock dieser oder jener Magd/ die den Priester machen solte/ stecken/ auch nicht hindert/ was oben von denen Wittwen und Töchtern der Prediger angeführt/ indem allerdings besser/ daß wegen angezogener Ursachen solche übele Gewohnheit abgeschafft würde/ gleichwie auch die ration, warum Carpz. cit. l. solche Vocation billiget/ nemlich: Quia vocato Pastori ista conditio fit admodum proficua, quia vidua, vel filia defuncti Pastoris exquiritiorem Parochiæ & redituum cognitionem habere præsumitur, ut sic majori cum utilitate rei familiari præesse queat, quam extraneus, ganz unerhebl. und nur auff den Nutzen des Predigers/ keinesweges aber auff den Nutzen der Seelen der Zuhörer gerichtet ist. Oder so ja solche Gewohnheit einiger massen zu dulden/ dennoch diese Art keinesweges ad alios casus zu extendiren. Uti docet Brunnem. de Jur. Eccl. Lib. 1. c. 5. §. 16. in f. aliq. Und also von dieser Gewohnheit auf diesen casum keinesweges argumentiret werden kan/ in mehrer Erwegung nur dadurch Gelegenheit gegeben wird/ das Predigtamt mehr und mehr zu verachten/ zumal solches nicht die rechte Thür ist/ dadurch Christus einen Prediger einzugehen befohlen/ Joh. 10, v. 1. seq. Unzähllicher andern inconvenientien so daraus entstehen/ nicht zu gedencken/ so halten wir davor/ daß ein Fürst nicht wohl thue/ auff solche Art einen Prediger zu einer Pfarre zu beruffen/ und sich ein Vocandus Scrupel wegen solcher Vocation in seinen Gewissen wol machen könne/ es auch pro divina vocatione keinesweges zu achten B. N. W.

§. XXIII. Cæterum ubi Jus Patronatus non est receptum, *Ritus eligendi.* moris esse solet, ut vel a Curatoribus Ecclesiæ denen Kirch-Vätern vel a Senatu oppidano tres vel quatuor candidati Ministerii proponantur Parochiano, qui antequam electio solennis celebretur, prius ad concionem *de iurisdictione* admittuntur, tum dies electioni præfigitur, & omnes Parochiani per ædituum ad actum electionis vocari & citari solent. Post ubi in ipsa electionis die omnes Parochiani in Ecclesia Parochiali sunt congregati, præmittitur hymnus, & Parochiani sui officii admonentur, ut scilicet

C

secun-

secundum conscientiam suam eligant, non aliud intendentes, quam ut illum se eligere credant, quem idoneum putant. Quo facto viritim ad Chorum Parochiani accedunt, singuliq; vota sua in Charta expressa offerunt, quo facto, vota majora designant futurum Parochum. Hæc ratio eligendi, quo magis accedit ad morem Apostolicum & primitivæ Ecclesiæ, ceu declarat Ziegl. *de Episc. Lib. 2. c. 1. §. 8. seqq.* eo magis sine dubio probandus, quamvis quod obiter notem, nec hic fraudes toleant deesse, præsertim si ante electionem vota quasi coëmantur, vel aliæ fraudes in supputatione votorum fiant. Sed hæc vitia non sunt Electionis sed hominum eligentium. Cæterum quæ circa vota, modum votandi &c. observari solent partim ex *tit. X. de elect.* partim ex consuetudinibus Ecclesiarum addiscendum.

Ordinatio.

§. XXIV. Legitime ita vocatus vel a Patrono præsentatus, si hæctenus Ministerio Ecclesiastico non præfuit, *ordinatur*. Est autem *ordinatio* ejusmodi actus, quo vocatus, seu electus segregatur a Laicis, & in ordinem Ecclesiasticum recipitur, per preces & manuum impositionem, solennibus adhibitis formulis, ita ut ei hoc ipso potestas docendi & administrandi sacra conferratur ab Ecclesia Parochiali Brunnem. *Jur. Eccles. L. 1. c. 5. §. 19. Schilt. Instit. Jur. Can. Lib. 1. tit. 15. §. 1. Ziegler. de Episcop. Lib. 2. c. 9. §. 1.*

An sit juris divini.

§. XXV. Ordinationem hanc esse Juris divini, tralatitium est, idq; communiter evincere solent ex *Act. 13, 2. 14, 26. 1 Tim. 4, 14. Act. 9, 12.* ubi Apostoli dicuntur *manus imposuisse* iis, qui ad sacrum Ministerium segregati erant. Sed multæ quæstiones hic adhuc excutiendæ forent, quæ non raro negliguntur: (1) An manuum impositio unice eo in casu facta fuerit, quando quidam segregati sunt ad sacrum Ministerium? Contrarium evincitur ex *Act. 8, 17.*

Rationes dubitandi.

Unde ordinationi soli non competit. (2) An manuum impositione Apostoli intenderint id, quod hodie in ordinatione intendere solent ordinantes videlicet per ordinationem transferri dicentes facultatem docendi & administrandi Sacramenta: cum tamen Apostolorum temporibus manuum impositionem singulari

Manuum impositio singulare donum.

gulare donum fuisse constet. Cui enim manus imponebantur, participes fiebant gratiæ Spiritus Sancti: Inde Simon hoc donum pecunia sibi acquirere tentabat, uti constat ex *Act. 8, 18. 19.* & Paulus ipse *1 Tim. 4, 14.* hoc tanquam singulare donum prædicat in Timotheo; Adhibita ergo quidem fuit manuum impositio ab Apostolis, etiam tunc, cum quidam singulariter destinarentur ad sacrum Ministerium, sed non hoc effectu, ut eo ipso acciperent denuo facultatem administrandi sacra & docendi; sed ut Spiritu S. implerentur. (3) An nemo admissus fuerit ad sacrorum administrationem sine tali manuum impositione? Quod de Matthia per sortem electo non lego *Act. 1, 26.* De Paulo quidem constat, quod Anania ei manum imposuerit, sed non alium in finem, quam ut visum reciperet, & gratia Spiritus S. repleretur. *Act. 9, 17.* Sic & Barnabas jam sacrorum administrationi vacabat antequam manus ei imponerentur; uti constat *Act. 13, 1.* & Saulo, licet jam ab Anania manus impositæ fuissent, & publice sacra administrasset, *Act. 9, 20. seqq.* nihil ominus tamen de novo ei manus imponebantur. Ex quo apparet, manuum impositionem ab Apostolis factam, non singularem ordinationem indigitasse, uti apud nos, sed alium habuisse finem.

*Non ubivie
adhibita.*

§. XXVI. Quod si ergo ordinationem ita consideramus, non possumus admittere, illam esse Juris divini. Unde ut ex his laqueis se extricent, varie distinguere solent, v. c. inter necessitatem mediæ & finis, quam hic adesse negant, & inter necessitatem mandati morisq; Apostolici, ut & *expedientia.* Sed bene animadvertit Ill. Dn. Stryk. in not. ad *Jus Eccles. Brunni. Lib. 1. c. 5. §. 19. verb. sequitur ordinatio vix mandatum Apostolicum de necessitate ordinationis existare in sacra pagina, nec promississe Deum, se per hunc ritum daturum gratiam; erat enim manuum impositio, ut dixi, singulare donum Apostolicum. Libera ergo & indifferenti usurpatione ab Apostolis adhibitus fuit ille mos, nec ad solam ordinationem alligatus. Ziegler. de *Episc. l. 2. c. 9. §. 2.* ubi simul ostendit, ritum illum *xerogothicus* apud Judæos maxime usitatum & solemnem fuisse in omni tam sacra quam civili promoti-*

*Quatenus
sit necessa-
ria.*

*Indiffe-
rens fuit.*

motione, eumq; ab Apostolis libera usurpatione retentum fuisse.

An sit juris divini qvo ad segregationem.

Separatio qvomodo olim facta.

Non facile omittenda hodie

Quatenus Episcopis competat.

§. XXVII. Quodsi cum Schiltero *Inst. Jur. Canon. lib. 1. tit. 15. §. 1.* velimus asserere illam esse Juris divini, qvoad separationem a Laicis, & destinationem ad Ministeria sacra; non amplius videtur ordinatio esse. Nam per solam vocationem seu electionem ad munus sacrum quis destinatur ad hoc munus, & ita haecenus illa foret juris divini, nec ulteriori ordinatione amplius opus, uti de Matthia electo constat. Deinde talis separatio a Laicis, qvalis hodie fit per ordinationem, incognita erat Apostolis; Quomodo ergo potest dici esse Juris divini? Separabantur Paulus & Barnabas. *Actor. 13. v. 2.* Non a Laicis, sed ad certum Ministerium h. e. a Spiritu S. immediate destinabantur ad illam expeditionem ad quam vocati erant, & ita quasi ablegabantur.

§. XXVIII. Est ergo ordinatio mos quidem antiquissimus Ecclesiae, sed indifferenti ratione abhbitus, nulloq; mandato divino constans. Et cum haecenus in Ecclesiis nostris retineatur; non dubium, quin non nisi summæ necessitatis casu omitti debeat, vel saltem propter scandalum novitatis evitandum Ill. Dn. Stryk. *cit. l.* Interim ut præcise velimus omnem efficaciam sacrorum suspendere ab hoc ritu, nemo facile asseret, nisi qui superstitioni torus immerfus. Ziegl. *cit. l.*

§. XXIX. Sicuti jam ordinationis actus indifferenti usurpatione in primitiva Ecclesia abhbitus, ita facultas ordinandi Episcopis quidem in Concilio Nicæno *c. 4.* adscribitur, sed non Jure divino, uti falso existimat M. A. de Dominis, cui satisfacit Dn. Schilt. *tr. de Libert. Eccl. Gem. c. 2. §. 15. seqq.* sed itidem mere humano: Quamvis itaq; haecenus nostris in Ecclesiis expediatur per Superintendentes, non dubium tamen, quin etiam per alium fieri possit, si ei ab illo, cui Jura Episcopalia competunt, hæ vices demandatæ sunt Brunnem. *J. Eccl. lib. 1. c. 5. §. 19.* Nam ordinationem ad Jus Episcopale vulgo referunt Carpz. *Jurispr. eccl. lib. 1. t. 2. d. 2. n. 2.*

§. XX

§. XXX. Illud propius ad Jus Parochiale spectat, quod ne-
 mo ordinari possit absq; titulo, h. e. nisi quis vocatus sit ad cer-
 tam Ecclesiam seu Parochiam Dn. Schilt. *Inst. Jur. Can. cit. l. §. 5. absq; titu-*
 Ziegl. *Episc. cit. l. §. 5.* Sicuti vero ordinatio ipsa Juris divini non
 est; ita ne hoc ipsum ad Jus divinum referri potest. Provo-
 care quidem solent ad *Act. 6, 6. §. 13, 2. 3;* Verum inde nulla ne-
 cessitas colligitur, uti jam supra dixi, & si ex manuum impositio-
 ne liceret inferre ordinationem, videremus Paulum fuisse ab A-
 nania ordinatum non ad certam aliquam Ecclesiam. Imo qui ab-
 legabantur ab Apostolis jussu Spiritus S., non ad certam aliquam
 Parochiam vel Ecclesiam destinabantur, uti de Barnaba & Pau-
 lo constat, sed in genere ad prædicandum Evangelium & con-
 vertendos Gentiles, eosq; qui Christum non agnoscebant; Un-
 de in Anglia ordinari solent Magistri absq; speciali vocatione ad
 certam aliquam Parochiam, ut ex Hugone Grotio docet Ill. Dn.
 Stryk *cit. l. ad §. 21.*

§. XXXI. Ordinatus ita Parochus confirmatur a Consisto-
 rio, quem in finem ei *litera confirmationis* tradi solent. Carpz. *Ju- Confirma-*
risp. Eccl. lib. 1. tit. 4. def. 52. ubi n. 2. dicit optime convenire hoc *An ex S.*
 cum præcepto Apostoli, cum hic velit, ut Episcopus bonum ha- *Scriptura*
 beat testimonium ab extraneis *1 Tim. 3, 7.* sub quibus etiam intel- *probati*
 ligendos putat esse eos, a quibus ordinatus est, ut qui plerumq; *possit.*
 sint extra particularem illam Ecclesiam, quæ ordinando com-
 missa fuit. Si ego recte Paulum intelligo; potius videtur respe-
 xisse ad testimonium Practicum & iplis morib; demonstratum,
 quam Chartaceum h. e. ut tali innocentia vitæ præditus sit, per
 quam etiam aliis jam optime fit cognitus. Neq; Apostolus per
extraneos hic intelligere potest illos, qui sunt extra Paro-
 chiam, uti Carpzovius existimat cum suo Balduino; ubi e-
 nim tunc erant Parochiæ? Ita misere sæpe detorquentur dicta
 Biblica ut modo inde necessitatem quandam Juris divini infe-
 ramus.

§. XXXII. Illud vero non prætermittendum est, plerum- *Juramen-*
 q; hodie solere ordinatos, antequam confirmantur, adigi ad *tum Reli-*
ramen-
tionis

ramentum Religionis, quo adstringuntur ad credenda & docenda ea, quæ in Symbolis a Ecclesia, ut loquuntur representativa confictis traduntur, per quod quidem Juramentum nullam vim conscientis inferri volunt, quamvis de hac tortura jam plurimi, iiq; non soli Arminiani, ceu Panagyriftæ ejusdem docent conquesti sint.

*Ejus ini-
quitas*

§. XXXIII. Certo respectu de hujus Juramenti iniquitate edisserui in *diff. de contractu non praelecto c. 2. §. 16. seqq.* Si dicendum quod res est, Juramentum id, originem ducit a fide formularia, qua semel per symbola introducta & hominibus præscripta nihil facilius fuit, quam homines ad talem fidem formulariam per Juramentum adigere, ne scilicet vel quoad syllabam quidem inde recederent. Id quod tamen iis, qui jurant in verba Magistri, h. e. Sectariis relinqvendum erat. Frustranei certe sunt omnium, quotquot sunt, conatus, quando hoc Juramentum a coactione & constrictione conscientiarum liberare intendunt. Nonne fatius erat, ordinatum sui officium admonere, & ipsi electione m dare, utrum verbum Dei secundum interpretationem Symbolorum in illa Parochia, cui præficitur, receptorum tradere velit; an vero plane non suscipere officium. Cur præcise per Juramentum ad hoc adstringendus? Scilicet illud, qui hoc defendunt, intendere videntur, non ut solum publice Doctrinam symbolis illis receptis conformem ordinatus tradat: Sed imprimis, ut hoc vinculo adigatur, ne ipse, quoad suam fidem aliter credat, quam quatenus libris Symbolicis ipsi præscriptum. Latent adhuc in scriniis Magni alicujus Jcti meditationes manuscriptæ ante plures annos a Jcto quodam constructæ contra hoc Religionis Juramentum, quæ suo tempore lucem respicient & fufiffime Juramentum hoc conculcabunt. Conf. interrim Dn. Arnold. in *der Reker-Historie P. 2. Lib. 16. c. 18. §. 5. seqq.*

*Hypothese-
ses secundum
quas*

§. XXXIV. Brevibus totum negotium hifce comprehendendi potest hypothefibus: (1) omne Juramentum habet tres Comites veritatem, Judicium & Justitiam. Judicium exactam con-
tius

tius negotii scientiam requirit. *Justitia objectum respicit, de* *judicatur*
 qvò licite juretur. (2) Juramentum ideo præstat, ut vel de eo *de jura-*
 qvò factum est, testimonium perhibeam, vel ut religiose fidem *mento Re-*
 faciam de iis, quæ in futurum sunt peragenda. (3) De iis tantum *ligionis.*
 potest quis a Magistratu compelli ad Juramentum, quæ Magi-
 stratus & hominum dispositioni sunt subjecta, & in quæ Imperi-
 um exerceri potest. (4) Quæ ad intellectum & credenda spe-
 ctant & unice spiritali operatione in animis hominum pernici-
 debent, nullo vinculo externo possunt constringi. (5) Per vo-
 cem Religionis in hoc Juramento nihil aliud intelligi potest,
 quam fides formularia & conceptus intellectualis de spiritali-
 bus & mysteriis. (6) Spiritualia spiritali ratione sunt tractanda.
 (7) Interpretatio voluntatis alienæ dubiæ parit fidem, non in-
 dubiam veritatem.

§. XXXV. Ex hisce hypothefibus, quæ a dissentientibus in *Applicatur*
 dubium vocari nequeunt, Juramentum Religionis divelli po- *Hypothe-*
 test. (1) Non juratur ibi de iis, quæ in futurum agenda vel o- *ses ad Ju-*
 mittenda, sed quæ quis intellectuali conceptu credere velit. (2) *ramentum*
 Si urgent, fidem formulariam esse veram & salvificam fidem, & *Religionis.*
 quid ni urgerent, cum Symbolum Athanasianum id constan-
 tissime urgeat?) medium hoc injustum est. Spiritualia enim
 humanis modis non sunt pertractanda. Symbola sunt inter-
 pretatio ipsius S. Scripturæ. Ergo ad intellectum spectant:
 Absonum autem est, per Juramentum aliquem ita adigere ut
 promittat, se non aliter velle Scripturam S. intelligere, quam
 quatenus alter intelligit. (4) Interpretatio Scripturæ S. debet ef-
 se libera & nullis aliis vinculis constricta quam quæ in sacris liti-
 ris sunt præscripta. Deinde interpretatio Scripturæ S. opus in-
 tellectus illuminati. Qui itaq; juramento homines adigunt, ut
 non aliam recipiant interpretationem, quam quæ iis præscripta
 est; efficaciam illuminationi Spiritus S. detrahunt. 5) Nulli com-
 petit Jus in conscientiam alterius. Et tamen per Juramentum
 Religionis exercetur Imperium & Jus in alterius conscientiam
 dum adstringitur ad sequendam alterius fidem formulariam (6)
 Sym-

Symbola, quatenus normæ & legis instar sunt, per se jam a Justitia tramite deflectunt, quid ni ergo Juramentum, quod ad talia Symbola præstatur. (7) Juramentorum præstatio in primis eo respicit, ut ei, cui juramentum præstamus, Jus acquiratur. cui vero Jus acquiritur ex Juramento Religionis? Ecquis propter momentani hoc Juramentum, cum soli Deo propter meam Religionem rationem reddere debeam, non hominibus Conf. Dn. Thomaf. in *Fürsten-Recht der Theol. Streitfachen* *ib. 14. §. 3. seqq.* Non verbosus ero in rejiciendis argumentis contrariis, cum tam inania sint, ut Refutatione speculhari non indigeant, & jam hoc præstitum in *cit. Disp. de Contractu non præl.*

Investi-
tura.

Effectus
investi-
tura.

Investitu-
ra est in-
star vin-
culi.

§. XXXVI. Parochus ita ordinatus & confirmatus tandem investitur: Quia investitura, loquar cum Carpovio *lib. 1. tit. 4. def. 54. n. 3.* inter Ecclesiam h. e. Parœcios & Clericum five Parochum contrahitur vinculum ad instar Conjugii. Respexerit videlicet Carpovius ad indolem Juris Parochialis, uti est, non uti esse debebat. Sicuti enim vinculum firmissimum in conjugio deprehenditur, ita ut uxor marito adhærere tenetur: Ita itidem volunt, per hanc investituram constitui tale vinculum inter Parochum & Parochianos, ut nec ille suam Ecclesiam deserere, nechi alibi sacris vacare possint. Procedamus ulterius ex mente vulgi: Sicuti Uxor Marito publice, per copulationem sacerdotalem traditur, ita & per investituram hanc Parœciani Parocho traduntur & obligatio Parochianorum consummatur. Quod si aliud simile ab investitura feudali alicui arrideat, quasi hac ratione simul aliquod dominium utile in Parocum transferratur; me quidem non habebit dissentientem, cum utiq; in tertio quodam convenient. Hæc quidem & talia similia rem quodammodo expriment, sed non ultra id, in quo tertium comparationis continetur extendenda. Sic inde non inferre licet quasi Ecclesia ita desponsetur Pastori suo, sed potius Christo per Pastorem tanquam Paranympham.

§ XXXVII.

§. XXXVII. Imprimis itaq; ad Jus Parochiale hæc investitura referenda, cum actualiter demum per illam ipsam quis Parochus certæ alicujus Ecclesiæ constituatur, electione tantum Jus aliquod certum, sed non actuale tribuente. Unde recte etiam definitur a Carpz. cit. l. n. 1. quod sit *actus Ecclesiasticus solennis, quo persona ad Ministerium legitime vocata & ordinata, gregi in Ecclesiam suam instituitur, & in possessionem officii sui actualem deducitur, & quidem palam ac publice, ut omnis evitetur suspicio.* Unde etiam Germanica vocatur die *Einweisung oder Einführung / Introducirung.* De hac videtur intelligenda lex Svecor. lib. 1. c. 5. ex Edit. Joh. Messenii, ubi ita disponitur: *Postquam Presbyter assumptus est de Episcopi & Parochianorum consensu, assignabunt Parochiani Ecclesiam Presbytero & ipsius Ecclesia ornamenta, quæ Presbyter deinde campanario demandabat.*

§. XXXVIII. Ex quo facile apparet, quantum Parochorum interfit, ne omittatur. Quamvis enim ad præviam electionem quis hæctenus administraverit officium suum, ut necessitate forsitan ita ferente investiri solenniter non potuerit, & Ecclesia Parochialis ei tradi; tamen nihilominus adhuc investendum esse volunt. *Est enim institutio, inquit Mev. 3. D. 133. n. 7. quædam velut traditio potestatis verbi & Clavium in Ecclesia quæ ideo publice necessaria, ut nemo se in Ecclesiam ejusq; curam intrudat, Ecclesia verum suum Pastorem noscat, Pastori illa concredita habeatur & quod inter utrumq; indissolubile esse debet, inter commendationes & preces eo solidius firmetur, omnisq; suspicio & ausus tollatur.* Quæ rationes id quidem evincunt, utile omnino esse, ut talis solennis investitura adhibeatur, neq; adeo omittatur, quod non nego: Interim si semel omissa, si quis jam per aliquot annos functus est officio, si Ecclesia Parochialis hunc pro suo Parocho agnoscat, & ita Parochus talis jam in actuali possessione sui officii constitutus sit, supervacanea videtur omnis ex post facto superveniens investitura. Aut enim inanis tum Ceremonia est: Aut dicendum, quod omnes actus ante investituram superveniens in Ecclesia gestiti a tali Parocho non investito sint illegitimi. Posterius admitti nequit, cum omnium Confessione investitura non sit de substan-

D

stan-

stantia Ministerii. Ergo, ut prius admittatur necesse est. Neq; obstat, quo minus omisio piæ solemnitatis non sit sine peccato. Nam & nimia superstitio quoq; non est sine peccato, qvafi quis non possit legitime administrare, nisi de novo investiatur.

*Cur utilis-
sime adhi-
beat.*

*Investitu-
ra debet ef-
se affecti-
bus libera.*

*a quonam
fiat.*

*Consentur
qvog; bo-
na Paro-
chialia
tradita.*

*Cur reme-
dia Civilia
bis appli-
centur.*

§. XXXIX. Illud interim non nego, investituram ipsam ab initio utilissime adhiberi. Solent enim huic actui regulariter adjungi preces, & cohortationes ab investiente fieri, quibus tum Parochus tum Parochiani sui officii admonentur; quales hodie omnino necessariæ sunt; si modo recta ratione & absq; omni Zelotypia fiant. Quandoq; enim investientes suis affectibus indulgent & cum amorem Paroecianis erga Parochum placida exhortatione & commendatione conciliare debuissent; ansam potius dant verbis ambiguis, ad diffidentiam, quod ne fiat, omnino totius Ecclesiæ interest.

XL. Investitura illa communiter fit a Superintendente. Alicubi abInspectore & Pastore Primario uti hic loci: alicubi a collega illius Ecclesiæ, cui investiens adjungitur. In genere requirunt, ut is investiat, qui ipse est investitus Schilt. *Instit. Jur. Can. lib. 1. tit. 16. §. 11.* Hinc Laicum admittere non vult. *Mev. P. 3. D. 134.* quod etiam approbat B. Dn. Brunn. *J. Eccl. g. l. 1. c. 5. §. 27.* cum actus proprius sit Ecclesiæ, nec Magistratui, qva tali, competat.

§. XLI. Cum itaq; investitura conjunctionem quandam realem inter Parochum & Paroecianos ex Praxi ita recepta inducat; simul inde omnia bona Parochialia Parocho eo ipso tradita consentur, ad exemplum investituræ feudalis, quæ symboliceam quandam traditionem continet rerum in feudum datarum Schilt. *in Comm. ad Jus Allem feud. c. 4. §. 2. & 3.* Hinc etiam remedia retinendæ possessionis huc vulgo applicant vid. Franc. *Duarren. de sacr. Eccl. Minist. lib. 7. c. 11. p. 393.* Neq; mirum hoc curiam videatur, quod de officiis hisce sacris remedia dentur civilia. Postquam enim Jus Parochiale civili modo acquiratur, possideatur & pertractetur, & proprietatem quandam involvat, adeoq; hæctenus, uti Jus Parochiale in Praxi exercetur & approbat

tur, in bonis Parochi recte dicatur; necessaria quoq; remedia civilia introduci debuerunt.

§. XLII. Illud interim certum est, quamvis causæ Parochiales vulgo ad Consistoria referantur: tamen, ubi de retinenda vel recuperanda possessione tantum agitur, cognitionem ad Magistratum secularem spectare, non ad Ecclesiasticum. Duarr. *cit. l. secularem* ipsum enim possessorium rei alias spiritualis, ut vulgo dicitur, non est spirituale, quia licet Respectu Ecclesiæ agatur, non tamen de Jure spirituali disputatio instituitur, sed tantum super facto possessionis quæritur Gail. *l. Obs. 38. n. 2.* Equidem in contrariis ab utraque parte Alex. Sperellus *Decis. for. Eccl. 8. n. 25.* motus præcipue ea ratione, quod in iis possessorius titulus sit probandus, & adeo hoc possessorium spirituale dici mereatur, cum simul de Jure quæstio vertatur. Responderi tamen possit, probationem tituli tantum fieri summariter & per accidens, ut aliquo modo tantum de Justitia possessionis constet: non tamen propterea mutari naturam possessorii.

Possessorium de Parochiis ad secularem judicem spectat.

Resutat ut Sperellus.

§. XLIII. Unde illud quoq; hic observandum, licet investitura possessionem transferat, & effectum agendi ex interdicto retinendæ possessionis producat; non tamen possessorium inde nasci purum, sed mixtum h. e. non sufficere solam possessionis allegationem sed etiam illam ipsam titulatum esse debere. Duarr. *cit. l. p. 394.* Quamvis itaq; alias nemo titulum suæ possessionis edere teneatur per famosam *l. cogi n. C. de petit. hered.* aliud tamen est in beneficiis Ecclesiasticis, quia hæc absq; legitimo titulo possideri nequeunt *c. 1. de R. J. 6. ibiq; Dn. Brunn. in not. Guil. Pap. Decis. 85. Puteus Decis. 39. lib. 1. Alex. Sperell. Decis. for. Eccl. 8. n. 22. Conf. Ill. Dn. de Bartholdi, jam Legatus potentiss. Regis Boruss. ad Imperatoriam Majestatem extra ordinarius in Diss. de necessit. edend. titul. posses. sub presid. Ill. Dn. Strykii, ubi toto cap. 5. necessitatem edendi titulum possessionis in beneficiis Ecclesiasticis erudite examinat & explicat, ad quam B. L. brevitatis studio jam remitto.*

Possessorium de Parochiis est mixtum.

Oritur inde necessitas refut. de necessitate refut. de necessitate.

§. XLIV. Deniq; ex hac per electionem & investituram orta reali conjunctione oritur quoq; is effectus, ut Paræcianos suos dentis.

os Paroecus deserere non possit, nec temere a Parochia abesse. Hinc & Jure Canon. diserte provisum, ut Parochi in sua Parochia personaliter resideant; cum aliter non possint recte fungi proprio officio Barbos. *de offic. vel potest. Paroch. p. 1. c. 8. n. 1.* Et hoc jure divino quoque præcipi & constitutum esse Canonistæ volunt, quorum congeriem adduxit Barbos. *cit. l. quod omnino admitto*, quia curam gerere debet ovium sibi commissarum; Neque enim potest Parochus, absens facere illa, quæ sui sunt officii, hortari, consolari, statum omnium explorare, tentatas erigere, ægrotis adesse &c. Conf. Gisb. Voetius *Polit. Eccl. p. 2. l. 2. tr. 3. c. 4.*

an papa dispensatio hic admittatur.

Parochi absq; gravi causa abesse nequeunt.

qu. 4. In eo tamen sibi non constant, dum dispensationem hac in re Papæ concedunt, quasi voluntas Dei non sit, ut teneatur residere, quando Pontifex Parochorum ab obligatione residendi liberat. Sed tales nugæ recensere, est resutare, neque nos proprie tangunt, qui Majestatem papæ haud agnoscimus. Illud interim concedimus Parochum, si præsertim alios non habeat collegas in illa Parochia, absq; legitima & prægnanti causa a sua parochia abesse non posse. Cum enim paroeciani semel se ei addixerint, & pleriq; se alios adorare Deos existiment superstitiose, si alia in Parochia sacris vacant, imo per leges Parochiales ne quidem id permittum sit, uti suo loco docebimus, & deniq; absente parochus rudis plebecula omnem suum cultum divinum se amittisse, conqveratur; præsentia Parochi omnino necessaria. Hinc Parochorum peregrinationes promiscuæ solius recreationis causa susceptæ, ansam dare possunt suspensioni vel remotioni ab officio, quippe quo non recte eo ipso fungitur. Hinc pronunciarum ab Illustri Facultate Juridica Hallensi, Mens. Jul. 1700. daß Bei klager die von ihm selbst zugestandene Excesse nach der geschæhenen ernstlichen Berwarnung dennoch abermal eigenmächtig vorgenommenen Reise und wider die Kläger gebrauchte hefftige ärgerliche Predigten alles Ernstes zu verweisen, und wieder darüber auff ein halbes Jahr cum effectu und auch in Ansehn des Salarii ab officio billich suspendiret/ auch ist er nach Verstießung solcher Zeit/ ehe und bevor er seinen Unseug öffentlich erkant/ selbigen der Gemeinde abgebeten/ un ins künfftige rechtschaffene Besserung zugesaget / nicht wieder zum Amte zu lassen

lassen/sondern es ergehet so denn/ in Fall der Weigerung seiner Person halber fernes/was recht ist. *R. N. W.* Hunc in finem quoque in Concilio Sardiceni *cap. 12.* constitutum, ne Clerici ultra tres septimanas extra suam Parochiam degant, ne res propter ipsorum absentiam aliquid detrimenti patiantur. An autem & quatenus tempore pestis vel persecutionis Parochus a sua Parochia recedere possit, hac de re consuli potest Brunnem. *in Jur. Eccl. l. 1. c. 6. n. 10. §. 12.* ibique Dn. Stryk. *in not.* & ab hoc allegatus Bowles in *Pastor. Evangel. lib. 3. c. 8.* Barbof. *cit. l. P. 1. c. 8. n. 31.* ubi *n. 34.* tria requirit, ut Parochus vere resident (1) ut in propria Ecclesia (2) ut personaliter (3) ut continuo, cui addi potest (4) ut etiam cum effectum resideat. Quamvis enim Parochus personaliter resideat; otiosus tamen sit, & ita materialiter, ut loquitur Barbof. *cit. l. n. 40.* resideat, cura suarum ovium mercenariis quibusdam committens, non videtur residere. Conqueritur hac de re Joh. Sanci *Select. Disp. 47. n. 7.* cujus verba Barbofa *cit. l. n. 41.* adducta sunt sequentem in modum se habentia. „Hinc inferas prohi-
 „dolor, quam male aliqui Parochi se gerant, Sacramenta (adde
 „Conciones) nunquam aut fere nunquam administrantes &
 „suarum ovium curam mercenariis committentes: qui, cum
 „ut plurimum Sacerdotes egentes & inopes sint; timeri non
 „imprudenter poterit, potius rationem habituros, quærendi ab
 „ovibus victum, quam curam medendi infirmitatibus animæ:
 „complacere eis studentes, quando respuendæ, & reprehensio-
 „nis gladio sunt feriendæ. Nec scio, qua cæcitate ducti Parochi
 „hæc non advertant tam clara & quasi cæcis nota. Cæterum
 non residentes, nec servitium debitum facientes fructibus quo-
 que Parochialibus indigni sunt, unde & hos recipere non pos-
 sunt, modo aliunde alimenta habeant, ne alias cum dedecore
 Clericatus mendicare teneantur. Alex. Sperell. *Decis. for. Eccl. 67. n.*
 6. quæ tamen ratio apud nos non attendi solet, ut praxis testatur.

§. XLV. Superest, ut quendam addamus de ultimo hujus capi-
 titis membro; scilicet de qualitatibus, & proprietatibus Parochorum.
 Plenius has exhibent & pertractant Canonistæ ad tit. *de vita &*
honestate Clericorum, quo & referri potest Barbofa *de offic. & potest.*
Paroch.

*Quomodo
 Parochus
 vere res-
 deat*

*Qualita-
 tes Paro-
 chorum.*

Paroch. P. 1. c. 2. n. 6. & 7. ubi plena manu totam hanc materiam finit, quæ omnia tamen sub examen revocare non lubet. In compendio eas recenset B. Dn. Brunnem. *de Jure Eccl. Lib. 1. c. 5. §. 12. seqq.* ubi & requisita quædam necessario attendenda præmittit. Ego, ne tædiose omnia Dd. confarcinata tradita repetere velle videar, quæ quoque; ita comparata, ut Parocho unice non sint propria; unicam tantum & principalem in Parocho quolibet requiro qualitatē, quæ a plurimis tamen, proh dolor! abest. videlicet: *Ut sit Christianus.*

Debet esse Christianus.

Et quidem verus.

An eruditio imprimis in Parocho quaerenda.

§. XLVI. Tam hebetis ingenii arbitror fore neminem, qui non intelligat, me non loqui de Christianis, prout omnes hoc titulo insigniuntur, etiam hypocritæ & pessimi. Illi vocantur tantum, sed non sunt Christiani. Parochus autem debet vere esse Christianus, sub qua qualitate omnia illa comprehenduntur, quæ alias in quovis Clerico commendari solent. Communiter quidem eruditionem principaliter requirere & primo loco nominare solent, cujus rei ratio manifesta est, quia plerique; intellectu tantum credunt, & omne suum solatium unice in Orthodoxia, seu in recta opinione de Deo quærunt, quæ ubique; eruditionem multam requirit, præsertim si subtili ingenio mysteria sacra secundum formulas præscriptas indagare, populoque; inculcare al- laborant. Verum tales suo sensu abundant. Repono tantum illis illud B. Brunnemanni *de J. Eccl. lib. 1. c. 5. §. 9.* ubi ita: „Mundus hodie non opus habet multa eruditione, sed in pietate ut informetur, quæ plane videtur mortua. Experientia docet, „pios Ecclesiæ Ministros plus ædificare in Ecclesia, quam doctos semipios. Plus enim possunt in Ecclesia exempla, quam nuda verba. Huc quoque; respexit Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracensis in *Canonibus suis reformandi Ecclesiam* in Concilio Constantiensi oblatis, ubi *cap. 6. in f.* ita loquitur: „Nihil est, „quod tam efficaciter possit sive ad bonum sive ad malum Principes & alios Laicos inducere, sicuti facta Ecclesiasticorum exemplaria. Ideo exemplaria Ecclesiasticorum sunt necessaria. Ideo super illud Matth. XXI. & intravit Jesus in templum &c. dicit Chrysostomus: Sicut de templo omne bonum

„egre-

egreditur ita de templo omne malum procedit. Si enim Sa-
cerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret; si autem cor-
ruptum fuerit, omnium virtus & fides marcida est. Sicut cum
vides arborem pallentibus foliis, intelligas, quod vitium habe-
at in radice: Sic cum videris populum indisciplinatum, sine
dubio agnosce, quod sacerdotium non sit sanum. vid. *Concil.*
Constant. ex edit. Dn. von der Hardt. t. 1. P. 8. Quod si tamen ad
praxin respicias, heuin contraria ruunt! Pietas sincera & ve-
ra statim suspecta est. Qui vero puritatem doctrinae simulant,
& spiritu persecutionis praediti sunt, ita ut quotidie pro concio-
ne in pios Ecclesiae Ministros detonare possint; illi avidè quaeruntur,
expetuntur omnibus votis, modo populi miseri aures
loco verbi divini diebus dominicis rixis & calumniis repleti pos-
sint. Ita sub praetextu Zeli pii saepe Parochi se & suos decipiunt.
Rationem hujus perversi status bene explicat Ziegl. de Jur. Ma-
jest. Lib. 1. c. 14. §. 1. inqviens: Nullum fere unquam seculum fera-
cius fuit Religionum, pietatis vero sterilius usq; adeo, ut non solum pro-
vinciae, sed etiam Civitates & in singulis fere Civitatibus Civium Paroeciae
interdum & singulae domus opinionum dissidiis inter se conflictentur.
Dum itaq; opinionibus homines tantum student, facile ipsis ve-
ra pietas suspecta redditur: quippe quae non opinionibus, sed ipsa
realitate & veritate ducitur.

§. XLVII. Quod si hoc requisitum pietatis recte expendere
vellemus, & ab ejus praedicatione remove omnes illos, qui ex-
terne honestatem quandam & sic pietatem quoq; praeseferunt
(nam de his, qui aperte honestatem quoq; externam impu-
gnant, nemo dubitat) dum interim veteri suo Adamo indulgen-
ant, plura specialia hic possemus addere & excutere requisita,
quae tamen ad forum Theologicum rejicimus. Specialia refe-
runtur a Paulo 1. ad Thimotheum. 3. qui etiam cap. 4. 7. imprimis exer-
citiium pietatis Timotheo inculcat, quae ad omnia utilis est, &
v. 12. eum admonet, ut exemplum praebat reliquis in verbo, vita,
amore, spiritu, fide & castitate.

*Querela
de Praxi.*

*Pietas un-
de esti-
manda.*

*Parochi
quomodo
verbo de-*

*beant pol-
Non lere.*

Non, ut tantum possint eleganter concinnatam, vel ex Postillis emendicatam & confarcinatam concionem elaborare; quæ revera absq; omni virtute & efficacia esse solent: saltem spiritualiter non movet, licet naturaliter, præsertim si exclamationes, interrogations aliæq; figuræ Rhetoricæ ambitiosæ concioni inferantur. *1. Cor. 4, 19.* Sed ut in spiritu & veritate proferant verbum Dei, & nihil aliud loquantur, nisi quod experientia propria sunt edocti. Qui tantum ex auditu, præceptis Homileticis aut naturali aliquo dono vel multa lectione in verbo potentes, revera impotentes sunt. Regnum enim Dei non consistit in verbis sed in efficacia *1. Cor. 4, 20.* Paulus *1. Cor. 2, 1.* de se prædicat, se non venisse ad Corinthios verbis magnis & altitudinem spirantibus, dum prædicaret verbum Dei, neq; verba ejus in sermonibus ex sola ratione productis constituisse; sed in demonstratione Spiritus & virtutis, id quod docet quoq; *1 ad Cor. 1, 17.* Ratio additur *2 Petr. 1, 16.* viderunt scilicet ipsi Apostoli & experti erant ejus virtutem & Majestatem. Quod tam parum proficiant Conciones hodiernæ, quæ tamen in tanta copia sunt, ut fere quotidie iis vacare possimus; causa in ipsis Parochis quærenda: Concionantur pleriq; ut saltim suo satisfaciant officio. Nimis frigidi sunt ex sententia B. Brunnemanni *de Jur. Eccl. lib. 2. c. 1. m. 1. §. ult.* ex Concionibus opus operatum facientes: Hos enim pios & beatos prædicant, qui eorum concionibus frequentes interfunt: contra reprehendunt eos, qui Concionibus interesse non possunt, cum sæpe, utiq; ere sit, eis non interesse, & tempus privatis meditationibus & precibus domesticis consumere, quam talia audire, quæ veram salutem avidè spiranti non possunt non displicere. Pluribus hanc materiam excutit B. Dn. Seckendorff. in den Christen Staat *lib. 3. c. 10. §. 1. seqq.*

*Defectus
concionum*

*Præluere
debet vita
sua.*

§. XLIX. Præbeat quoq; aliis exemplum *vita sua.* Quomodo enim sequentur Ducem, quando ipse Dux viam salutis non calcat? Videmus hac de re varias dispositiones Ecclesiasticas. Sic in *Ordin. Consist. March. tit. 2. cavetur*: Die Pfarrer sollen auch nicht Bücherer/ geizig / noch keine Krämer/ Handeler oder Biererschäncken seyn/ &c. sollen mit ihren Stipendien zufrieden seyn/ und da die gleich etwas geringe sind/ Gott um Hülffe und täglich Brod bitten/ &c.

So gebühret auch den Pfarrern ihre Weiber/ Kinder und Gesinde in aller Gottesfurcht und ehrbaren Sitten dermassen auffzuziehen/ daß sie ja denen andern nachzufolgen Christliche Anleitung geben/ und da sie es nicht thun/ und hierin säumig und lässig seyn werden/ sollen sie ihres Amtes hierdurch priviret seyn. Fundamenti loco hoc ipsum iungit optime Concil. Trident. sess. 22. de Reform. c. 1. his verbis: *Nihil est, quod alios magis ad Pietatem & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se divino Ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus seculi in altiorum sublato locum conspiciantur; in eos tanquam speculum reliqui oculos conijciunt, ex eisque sumunt, quod imitentur* &c. Peculiaria hinc emergentia vitia notarunt B. Dn. Brunn. *Jur. Eccl. p. 2. lib. 2. tr. 3. c. 3. Barbosa de potestate & Offic. Paroch. Par. cap. 6. Carpz. Jurispr. Eccl. lib. 1. def. 65. seq. & ingenere Canonistæ, qui commentati sunt ad tit. X. de vita & honest. Cleric. Speciatim vero vitia & alicuius Parochorum peculiari libello persecutus est Balthaf. Köpke de avaritia vitia Parochialis ubi plena manu hac de re per Dialogum edifferit.*

§. L. Caveas vero, ne intelligas hoc tantum de vita honesta politica tali, seu de honestate externa: Nam hanc pleriq; ambiunt. Sed de vita tali, quæ sit abscondita in Christo, renovatione Spiritus & induitione novi hominis clara, *Eph. 4, 23. 24. ita ut sint facti nova creatura Gal. 6, 15. participes naturæ divinæ 2 Petr. 1, 4. Sanctificantes DEum in cordibus suis 1 Petr. 3, 15. & fructus Spiritus uberrime edentes, scilicet amorem pacem patientiam mansuetudinem fidem &c. Gal. 5, 22. in abnegatione sui & mundi confirmati & mysterium crucis probato per tentationes corde magnificantes 1 Cor. 2, 2.*

§. LI. Sint porro conspicui in amore. Amori maxime opponuntur odia, persecutiones, rixæ calumniæ &c. Quid igitur magis convenit Parocho, quam talem se gerere, ut ex omnibus eius operibus & factis amor eluceat. Longe a se remotum sciat Spiritum perfectionis, etiam si vel maxime errantes deprehendat, per suavis amore tales in rectam viam deduci posse, nunquam violentia aut brachio seculari adhibito. quæ pro concionibus sæpe evomuntur, licet sub prætextu Zeli, omnium

*Honestas
externa
hic non in-
telligitur.*

*Debent esse
cui in a-
moris
Aliena
persecuti-
one.*

*A Studio
Hæretifi-
candi.*

omnium in oculos incurrunt ut ita hic eas pluribus notare non sit opus. Studium hæretificandi (sit venia verbo) ex veterata Clericorum consuetudine plurimis adhuc valde amicum est: Sed videant tales, quæ ratione ita in amore subsistere possint, unde Ecclesiasticis statutis recte restringitur hoc vitium B. Linkius *do Jure Episc. c. 8. n. 36.* præsertim cum Hæretificationes hodie adeo frequentes sint, ut etiam in eos exercentur, qui studio pietatis ardent, & exercitia pietatis innoxia exercent. Sed Deo sit gratia & laus, quod Principum summorum oculos aperuerit, ut iniquissimorum machinationes effectu careant. Rixosos Parochos quoque hic merito notamus, præsertim si publicum documentum irritationum suarum edant, veluti actiones injuriarum strenue gerendo, ubi tamen Magistratus recte suum interponit officium, ut demonstratum in *diff. de injust. act. injur. c. pen.*

A Rixa.

*Debent
spiritu a-
bundare.*

§. LII. Postea abundant *Spiritu*: non aëreo aut astrali: qualis est ambitionis sed divino *Eph. 5. 18.* ut sciant orare in spiritu & veritate *Job. 4. 23. 24.* prædicare in demonstratione spiritus & virtutis *1 Cor. 2. 4.* talia proferre verba, non quæ humana arte addiscuntur, sed ex Spiritus S. schola veniunt, judicantes spiritualiter *1 Corinth. 2. 13.* errantes in viam deducere, spiritu mansuetudinis *Gal. 6. 1.* ambulare in spiritu *Gal. 1. 16.* qui in ipsis habitat *Rom. 8. 11.* edere fructus spiritus *Gal. 5. 22.* conservare unionem in spiritu per vinculum pacis *Eph. 4. 3.* pugnare non armis carnalibus sed spiritu *ad Eph. 6. 17.* stare cum fidelibus in uno Spiritu *ad Phil. 1. 27.* colere Deum in Spiritu *Phil. 3. 3.* conservare spiritum efficaciam, & amoris a Deo datum *2 ad Tim. 1. 7.* esse ferventes in Spiritu *ad Rom. 12. 11.* &c. Quod si hæc omnia in quovis Parocho essent, quanta messis foret expectanda fidelium & convertendorum. Sed quia plurimi pauperes sunt spiritu divino, divites spiritu aëreo contra præceptum Christi *Matth. 5. 3.* quid mirum, quo tam rara & sterilis subsequatur messis?

*Debent esse
fidei
clari.*

§. LIII. Porro fide præluceat Parochus aliis in sua Parochia, non quod velit esse Dominus fidei suorum Paroecianorum *2 ad Cor. 1. 24.* *1 Petr. 5. 3.* hoc enim dominanti Clero relinquat, sed talem foveat fidem, quæ consistit in virtute Dei *1 Cor. 2. 5.* non humana sapientia, formulisque nudis, adeoque credat secundum operati-

rationem magnæ Dei virtutis *Eph. 1, 19.* & fidem non cerebrinam, sed talem, quæ sit *in corde suo* ad *Ebr. 11, 1.* in corde suo gerat, & quæ per amorem activa est ad *Gal. 5, 6.* Imprimis vero caveat ne ad vulgi morem fidem talem auditoribus suis inculcet, quæ nudis *parcim controversis.* controversis est immerfa. Quid enim disputationes conducunt ad fidem Parochianis inculcandam? Juste hac de re con-
 queritur B. Dn. Brunnemannus *lib. 1. c. 1. §. 7. de Jur. Eccl. Postquam inqviens, in diversas sectas divisa est Europa, nostrorum opera præcipua fuit, Polemica tractare, quasi tota Theologia & totus Christianismus in Disputationibus ac decidendis controversis consisteret. Pietatis studium magna ex parte neglectum & c.*

§. LIV. Tandem castitate Parochianis suis exemplum præbeant. Neq; vero cum Pontificiis illa ad cœlibatum est adstringenda, quod a nostris Theologis fufius est demonstratum: Sed imprimis huc revoco omnem omnino temperantiam, de qua Canonistæ plura observant v. c. quod Parochus fugere debeat convivia inhonesta & commestationes, non conversari cum fœminis suspectis, non ingredi tabernas, choreis, comediis & saltationibus non interesse, nec ludere aliq; intermittere, quæ fufius pertractata sunt a Barbofa *de potest. & offic. Paroch. p. 1. c. 6.* aliisq; Juris Canonici Dd. ubi conferri potest Joh. Rivii *tr. de officio pastorali Ministrorum Ecclesie in pagis,* cui accessere Balthaf. Menzeri *centum capitula potiora vitanda Ministro Ecclesie.*

CAP. II.

De Parochianis.

§. I.

Um relatio sit inter Parochos & Parochianos, & jam modos constituendi Parochos viderimus; proximum est, ut quomodo quis Parochianus fiat, enucleemus. Unde autem id potissimum enucleabimus? Certe non aliunde, quam ex eo jure, cui debetur fere omne jus nostrum Parochiale id est, Canonico, quamquam cum hoc ad juris Civilis principia ubivis hac in materia

Ex quo jure est mandatum utrum quis sit parochianus.

*Parochia-
ni quid.*

materia provocet & hujus quoq; Juris leges in subsidium adducturi sumus observata tamen ubiq; æquitatis & veri Christianismi legum ratione. Cum autem Parochianos consideramus, quatenus communiter considerari solent, describi possunt, quod sint personæ laicæ certo Parocho & Ecclesiæ addictæ obligatæ ad hoc, ut in illa Ecclesia a Parocho sacra, & quæ huc vulgo referuntur, percipiant, & onera Parochialia subeant.

*An ex ha-
bitatione
quis fiat
parochia-
nus.*

§. II. Parochianum aliquem fieri ex *habitatione* pleriq; asserunt, scilicet si intra limites alicujus Parochiæ quis habitet. vid. Petr. de Murga *de Benef. Eccl. qv. 2. §. 9. Sect. 1.* At plures hic occurrunt dubitandi rationes, quæ ad ingenia valde torserunt, ut hac in materia infinitis modis variarint. Nec ipsum excipio Carpozovium, qui maxime *lib. 2. Jurispr. Eccl.* de oneribus Parochialibus sollicitus titubat in hac materia, nec certam definitionem parochianorum tradit. Cum vero pleriq; de domicilio accuratum ex Jure Civili non habeant conceptum; inde alii ad *Originem* respexerunt & inde parochianum æstimare voluerunt. Contra alii ad *domicilium* habitationis totam hanc materiam restrinxerunt, & sic omnem Parochianorum statum exinde judicarunt. Interim de vagabundis, mercatoribus, studiosis &c. ubi nam illi Parochiani essent, valde titubarunt, uti in subsequenti- bus apparebit.

*Fluctus
Dd. hac
in re.*

*Funda-
mentum
Contro-
versie ex
Origine
parochia-
rum eru-
tur.*

§. III. Tota hujus disquisitionis ratio dependet a accurata cognitione Originis Parochiarum. Scilicet ex antiquitate demonstratum est, secutos esse Clericos imperandi studio addictos Politicorum status rationem, ut sicuti illi dividerint Civitates in certas Curias: Ita etiam Clerici Parochias suas formaverint, & ad ductum civilis & Politici Imperii regulas quoq; & jura inde pendencia construxerint. Ut itaq; quis Curialis Curiæ hujus vel illius evaderet, certe intra illam Curiam sedes fixas construere debebat, ceu supra dictum. Neq; enim probabile, solam ad tempus breve commorandi rationem aliquem Curialem fecisse; sed potius tunc, quæ in jure Civili occurrunt de domicilio, applicata fuisse, ita ut Curialis dictus fuerit, qui domicilio intra curiam constitutum habuit.

§. IV.

§. IV. Nihil *αὐτὸν* commitemus, si ad hunc modum Parochianos quoque considerabimus. Et quomodo aliter eosdem considerare possumus, cum ratio originis nos ad hanc meditationem ducat & Doctores plerique principii juris de domicilio & habitatione in hac materia insistant. Ut quis ergo Parochianus hujus vel illius Parochiæ fiat requirimus *Domicilium habitationis.*

Ex domicilio quis fit parochianus.

§. V. Communiter Dd. distinguere solent inter *Domicilium originis & habitationis.* Minus tamen accurate, si rem ex vero æstimare volumus. Domicilium enim originis, vel opponitur loco habitationis, ut si alibi quis natus & alibi quis domicilium constituerit, vel non opponitur. Posteriori modo, si scilicet in eodem loco quis habitet, ubi natus, admitti potest domicilium originis, cum ratio constitutiva domicilii sit *habitatio.* Priori vero secundum Jus Romanum domicilium originis non recte dicitur, cum origo & domicilium perpetuo in Jure opponantur, *l. 6. §. 1. l. 27. pr. ff. ad Munic. Conf. Excell. Dn. Thomaf. Dissert. de vagabundo.*

An detur domicilium originis.

§. VI. Cum itaque communiter hæc duo non accurate inter se distinguantur, aliter fieri non potuit, quam ut quoque in hac materia Dd. misere lapsi fuerint. Primo enim dubitare inceperunt, utrumne locus originis domicilio oppositus sufficiat ad constituendum aliquem Parochianum? Movit plerosque, ut in hanc secederent sententiam *l. 11. ff. de Senator.* ubi dicitur, Senatores, licet in urbe domicilium habere videantur, tamen & ibi, unde oriundi sunt, domicilium habere; quæ tamen lex non loquitur de Senatore Romæ habitante, sed in loco originis, qui tamen Senatoris honorarii privilegia ab Imperatore accepit. Vid. *cit. Disput. Dn. Thomafii.* Quin quod locum originis potentior rem esse quolibet alio, cum deperdi nunquam possit, & sic a potiori debere fieri denominationem, afferant. Accedit quod locus originis sit naturalis, domicilium autem tantum accidentale vid. Panorm. *in c. proposuisti de for. compet. n. 7. Sanchez. de Matrim. lib. 3. Disp. 23. n. 6.*

Origo an faciat parochianum.

§. VII. Verum enim vero nec ipse Sanchezius *cit. l. n. 7. nec alii* hanc sententiam approbant: quoniam, ut quis Parochianus

Non sola origo hic sufficit.

alicujus Parochiæ fiat, requiritur domicilium, quo nomine non venit locus originis, ut §. 5. assertum, cum domicilium in jure & ubiq; *actualem* involvat *habitationem*. In dubio autem verba in propria accipienda sunt significatione *l. non aliter ff. de Leg. 2.* Et sicut loco originis mutato & alibi domicilio constituto, quoad Jurisdictionem quoq; mutatio saltem hodie fit, non dubium quod de Parochianis idem asserendum sit, quippe secundum principia juris Canon. in Parochianis Parocho quædam Jurisdictionis saltem fori interni adscribitur. Afflict. *decif. 384. n. 7.* Barbof. *de Appell. verb. signif. bb. domicilium n. 1.* Petr. de Murga *tom. 1. tract. 8. disquis. 2. de Parochia dub. 1. Sect. 1. n. 10.* Idem de Benef. *Eccl. quæst. 2. §. 9. Sect. 1. n. 670.* quæ quæstio hodie apud nos eo minus dubii habet, cum constet consuetudine Germaniæ universaliter alibi domicilium constituentem forum originis amplius quoad Jurisdictionem non habere Ill. Dn. Stryk. *us. modern. tit. de Judic. §. 17.* Struv. *Ex. 9. th. 19.* Franzk *tit. de Judic. th. 16.* fori autem rationem quoad constituendos Parochianos exacte sequuntur mores.

*In dubio
quis Paro-
chianus
ex origine
æstimatur.*

§. VIII. Sicuti vero in dubio, si de domicilii translatione non constet, locum originis quis retinuisse censetur, cum res potius in eodem statu, in quo antea fuit, non vero mutatio præsumatur Cothman. *V. 2. Consil. 73. n. 38.* ideoq; quis potius habere præsumatur domicilium in foro originis Paul Christin. *Vol. 5. decisif. 31. n. 12. & 13.* Ita idem de Parochiarum mutatione asseri potest secundum principia hactenus recepta non ambigendum est: Ita scilicet ut quotius non constat de actuali habitatione alibi translata, censeatur retinuisse Parochiam in eo loco, ubi natus est. Inde etiam libere adhuc infantes, cum proprio constitutere non possint domicilium, nec se declarare an alibi illud velint transferre quoad jura parochialia Parochiani esse dicuntur in loco originis vid. Dn. Schulz. *diff. de eo quod just. & circ. Paroch. c. 2.*

*Duo requi-
runtur ad
constitu-
endum do-
micilium.*

§. IX. Sicuti vero porro ad domicilium constituendum duo requiruntur (1) actualis habitatio & (2) animus perpetuo ibi remanendi, quæ duo ita conjunctim requiruntur, ut nec sola animi contestatio, nec sola habitatio domicilium constituat *l. 20. l. 27. §. 2. ff.*

2. *inf. ad munic. l. 17. §. 5. & 13. cod. l. 27. §. 2. cod. Paul Christ. Vol. 5. decis. 38. n. 6. Franc. de Amaya ad L. 7. C. de incol. n. 99. Menoch. l. 6. praef. 42. cas. 86. Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 1. ita quoq; exinde, quem Parochianum fieri putant communiter. Quod haec tenus quidem facile concedi potest, si una tantum Ecclesia parochialis adest, ad quam omnes in illo loco degentes spectant, qualis, in alma Salana alibiq; habetur, sed major refidet difficultas, ubi in loco quodam plures sunt Parochiae, ubi quidem quis potest in illo loco habitare, & animum habere perpetuo ibi remanendi; ut tamen certas non habeat sedes in ipsa civitate, sed mox has mox illas inhabitet ædes: Ergo videmus tunc ad hoc principium recurri non posse. Retineri enim potest animum, perpetuo domicilium ibi habendi, mutatis licet sæpe ædibus.*

§. X. Distinctius ergo procedamus, visuri casum, ubi una tantum in civitate vel alio loco est Parochia. Duæ hic occurrunt sententiæ relatæ a Sanchezio *de Matrim. lib. 3. Disp. 23. n. 11. seqq.* Prima vult, ut aliquis dicatur Parochianus exigi animum domicilium ibi constituendi: Ex quo infertur, si ut quis habeat domicilium in uno loco transferatq; se in alium, non animo permanendi; Sed ex causa limitata ad tempus, qua finita rediturus est ad proprium; non censeatur illius loci, in quo ad tempus adest Parochianus, sed loci domicilii permanentis. Qui hanc sententiam sustinent, provocant (1) *ad c. is qui de sepult. in 6. ubi ratio redeundi posita videtur in eo, quod animum redeundi habeat, nec velit in villa perpetuo remanere (2) ad l. 1. §. hæc autem verba ff. de his qui de jec. ubi hospes peregrinanti æquiviparatur, ut ita habitator non sit is, qui saltim ad tempus aliquo in loco est. (3) quod aliqui dici deberet, habere aliquem Parochiam, duplicem unam domicilii, alteram habitationis, quod tamen falsum, cum ad hoc requiratur, ut in utraq; æqualiter se collocet. Conf. Alex. Spereil. in *Decis. for. Eccl. dec. 87. n. 4.**

§. XI. Altera sententia pugnat pro sola habitatione, dummodo ea brevis temporis non sit, nec requirit animum perpetuo ibi remanendi, quam etiam tanquam veriore eligi Sanchezius (1) *quia in nostra, de sepult. c. f. de Paroch. solius habitationis mentio fit. (2) In c. cum nullus de tempor. ordin. in 6.*

An illa etiam necessaria in Parochiano.

Si una est Parochia in civitate an tunc sola habitatio faciat Parochianos.

Rationes negantium.

Rationes affirmantium.

specia-

speciale quid videtur statutum in casu ordinationis. Ergo regulariter habitatio non requiri videtur. (3) Quia in eo loco quis habitare videtur, ubi majori anni parte habitat &c.

*Approba-
tur sen-
tentia
prior.*

§. XII. Si definitionem Parochianorum consideramus, admittere prior sententia regulariter debet: partim ex rationibus §. 10. allatis, partim etiam ex hoc fundamento, quod jus Parochialitatis imiteretur rationem Jurisdictionis forensis, adeoque sicuti ad forum domicilii constituendum animus perpetuo ibi permanendi requiritur, ita idem ad jus Parochialitatis adipiscendum. Sola enim habitatio, sicuti forum competens non facit, ita nec sola commoratio facit Parochianum plene talem, qualis a nobis descriptus est.

*Ex sola ha-
bitatione
non fit ali-
quis paro-
chianus.*

§. XIII. Quamvis vero supponamus, habitationem non brevis temporis, tamen nescio quo Jure Parochus Jus aliquod in talem temporalem habitatores acquirere velit. Supponamus peregrinantem in loco quodam morbo diuturno conflictari, ut per tempus non breve ibi commorari necesse habeat: an propterea ibi Parochianus esse Cingepfarrerem dici potest? Imo supponamus, quem casum communiter fingere solent, ob pestem vel bellum aliquem alio se transtulisse, per tempus non breve ibi subsistere, an propterea hunc statim subiciemus oneribus Parochialibus? Hoc facilius concedi potest, posse ex spatio temporis non brevis induci præsumtionem pro constitutione domicilii, & sic etiam pro Parochialitate, admittitur tamen probatio in contrarium.

*Domicili-
um non
sufficit si
non inha-
bitans sit
Religionis
ejusdem.*

§. XIV. Dixi autem admitti hanc sententiam regulariter posse. Nam aliquot adhuc observationes hic adjiciendæ. Dixi Parochianum, per hoc, quod fit Parochianus, addici certæ alicui Ecclesiæ, quoad duplicem obligationem. (1) Ad percipiendâ ibi sacra (2) ad onera Parochialia subeunda: Quod priorem concernit, ipsa domicilii constitutio & hoc requiritur necessario, ut quoniam scissa est in varias sectas Religio Christiana; ipse quoque domicilium in parochia constituens ejusdem Religionis sit Dn. Schilt. *Instit. Jur. Can. lib. 1. tit. 20. §. 4.* Fieri enim quam facillime potest, ut, quoniam legibus publicis in Romano-Germanico

nico Imperio tres illæ Religiones approbatæ sunt; in una Civitate commorentur addicti hinc tribus Religionibus, & tunc Catholicæ Religionis addictus non potest dici Parochianus Ecclesiæ illius, in qua Protestantes sacra sua exercent, nec cogi, ut ibi sacris suis utatur, cum libertas religionem exercendi legibus publicis hinc sit stabilita. Fiunt enim *receptione in certam Ecclesiam* Parochiani: at tales recipi nec poterunt nec voluere, quam diu adhuc diversæ religioni adhærent. Diserte hoc provifum in *Instr. P. art. V. §. 34.* ubi simul data est libertas in vicinia publico religionis exercitio interesse.

§. XV. Quod alterum membrum attinet, an scilicet hoc defectu Parochianis saltim sint accensendi, quod sint obligati ad onera subeunda Parochialia v. c. ad conferendum ad reparationem Ecclesiæ Parochialis, aut alia onera consveta Parochis præstanda ab his, qui in illa Parochia sunt, regulariter puto id asserti non posse, cum onus hoc competat Parochianis qua talibus, & quia sacris hujus vel illius Ecclesiæ utuntur. Multum tamen hic dandum moribus locorum, cum plurimis in locis receptum, ut jus Parochialitatis quoad certa onera inhæreat ædibus ipsis ex destinatione vel divisione ad certam Parochiam spectantibus, quo casu inhabitatores harum ædium, diversæ licet sint Religionis; ad onera illa, cum sint realia, omnino quidem tenentur. Interim per hoc eos fieri Parochianos certæ Ecclesiæ quis dicet? cum Parochiani habeant respectum ad Parochum: At vero tales non subsunt curæ & inspectioni Parochi diversæ Religionis.

§. XVI. Confirmabo hanc meam assertionem notabili rescripto Augusti gloriofæ memoriæ, postulati Administratoris in Ducatu Magdeburgensi: qui, cum hac de re dubium incideret, ad Senatam amplissimum Hallensem ita rescripsit:

In Gottes Gnaden Augustus u. H. G. Z. Ehrsame liebe getreue. Demnach bey unterschiedenen Visitationen der Kirchen allhier zu Halle Zweifel vorgefallen. Ob das Opfer-Geld (certa pecunia danda pro vino in S. Cœna adhibendo) von denen Häusern oder Personen zuerreichet/so auff unserer resolution gestellet worden/und

F

wie

Dissentientes in religione Parochiani non sunt ne quidem quoad onera. Nisi onera inhærent ædibus.

Illustratur Rescripto Augusti Administratoris Ducatus Magdeb.

wie nach eingennommener Erkundigung befunden / daß bemeldtes Dypfer-Geld jederzeit von den Häusern gleichförmig eingebracht. So ist Unser gnädigster Befehlig / daß dasselbe / wie es biß anhero von denen Häusern gefordert / noch weiter von denen Eigenthums Herren / oder so dieselbe die Häuser andern vermietet / von denen Miethleuten / die es am Haußzins wieder zu kürzen haben / gefordert / und ohne Unterschied eingebracht werden solle / begehren darauff hiermit gnädigst / ihr wollet es denen Vorstehern der Kirchen also andeuten / und daß deme nachgelebet werde / ihnen auff ihr suchen gebürlich an die Hand biethen. Daran 20. Und sind 20. Halle den 28. August. 1650.

Conductores prædiorum an fiunt Parochiani.

§. XVII. Ex hisce jam qvoq; Judicium ferri potest, quid censendum de iis sit, qui ad certum tempus prædia rustica conduxerunt, alibi tamen domicilium retineant nec animum habeant, ibi qvoq; domicilium erigendi, ubi prædia conduxerunt. Nam hoc non dubium, eos ad onera prædio inhærentia teneri: Sed tamen per hoc solum non fiunt Parochiani. Ergo ex sola illa habitatione non possunt adigi, ut qvoq; se ibi Ecclesiæ rurali addicant, sacra ibi percipiant, & reliqua præstent Parochis, quæ Parochianis quia talibus sunt præstanda. Nam potest talis conductor adhuc in propria Parochia sacris vacare, & hætenus Parochianus ibi manet. Certe si consuetudine vel statutis Ecclesiasticis, quæ variant, introductum est, ut sola habitatio hoc effectum Parochianum constituat, ut ad consuetam præstandam obstricti sint, ad hoc quidem tenentur: sed Parochiani tamen per hoc non efficiuntur, cum potior ratio, ut quis Parochianus certæ alicujus Ecclesiæ fiat, inde desumi debeat, quod receptus in certam Ecclesiam, eiq; addictus sit quoad sacra ibi percipienda, id quod regulariter adjudicatur ex domicilio.

Cur sola habitatio non faciat Parochianum.

§. XVIII. Sicuti itaq; nec solum domicilium aliquem Parochianum plene talem facit; ita qvoq;, ut dictum, nec sola habitatio. Hoc ultimum etiam non diffitentur Canones, dum afferunt, quod, si quis habens domicilium in alio loco, se in villam ruralem pro brevi tempore conferat, vel recreationis gratia vel ut ibi ruralia exerceat, talis non censetur Parochianus illius Ecclesiæ ruralis sed ejus in qua domicilium habet. *c. is qui 3. X. de sepult. Abbas*

Abbas in c. in nostra de sepult. n. 10. Petr. de Murga tr. de benef. Eccl. qv. 2. §. 9. S. 1. n. 679. Sanchez. cit. l. Menoch. lib. 4. conf. 398. n. 5. 7.

37. Qvamvis vero communiter hunc textum restringere soleant ad habitationem modicam, quæ scilicet non se extendit per majorem anni partem, uti Sanchez. cit. l. n. 19. ad hunc textum respondet: Non video tamen, quid responfurus sit ad dubia supra propofita, veluti, quando quis ultra anni spatium certo in loco morbo detineatur. Sic quoq; qui ruralia exercet; non uno anno tantum illa exercet, sed per plures annos, quot rus illud habet: Quid si itaq; per ætatem femper ruri degat?

Rejicitur distinctio inter modicam & non modicam habitationem.

§. XIX. Ut itaq; hoc casu sola habitatio Parochianum quem faciat, puto respiciendum esse ad inhabitantis animum & voluntatem. An scilicet huic Ecclesiæ, in qua per non modicum temporis spatium habitare debet, sese addicere interim vere velit necne? Antequam enim sese ei addixerit, minime pro Parochiano haberi potest. Colligi vero animus ex circumstantiis potest, veluti ex proposito diutius in aliquo loco commorandi, quod accidere solet in iis, qui ob belli calamitates proprias deserere sedes coguntur alibi se conferentes. Dum enim hætenus ubi alibi degunt, sacris ejus loci interim utuntur, nec spem habent mox redeundi & ita tacite in illam Ecclesiam recipiuntur: interim pro Parochianis haberi possunt; Et quamvis domicilium non sit mutatum: diversa tamen ratio est in Parochialitate quoad perceptionem sacrorum: Illud enim sola animo retineri potest: Ast sacris interim vacare debet; Adeoq; necessitas rei facit, ut dum certæ Ecclesiæ se addicit, interim pro Parochiano habeatur, sicuti quoq; civis illius loci temporarius talis recte dici potest. Hinc quoq; Murga cit. l. n. 679. dicit, acquiri Parochiam quoad Sacramenta & sepulturam absq; domicilii habitationis acquisitione per solam habitationem per tempus notabile.

Quomodo ex sola habitatione aliquando quis possit fieri Parochianus.

§. XX. Dixi autem dependere hoc ex ejus arbitrio, an se huic Ecclesiæ quo ad percipienda ibi sacra ita addicere velit, ut sit Parochianus: Nam si in vicina forsan Ecclesia se commodius sacris vacare posse autumet; apparet, tunc habitationem, ipsum non facere illius loci Ecclesiæ Parochianum. Unde aliud esse puto,

Potest tamen quis alibi Parochianum eligere.

*Ubinam
studiosi &
mercato-
res Para-
chiani.*

*Sententia
dissentien-
tium.*

Refutatio.

puto in studiosis studiorum gratia ad aliquot temporis spatium in Academiis degentibus, vel mercatoribus in exteris Regionibus commercii gratia commorantibus, qui licet in illo ex necessitate sacra haecenus percipiant, tamen non recte tales Parochianis proprie talibus accensentur: cum non praesumi debeat ex temporali hac habitatione tales se voluisse Ecclesiae huic addicere, cum sciant, se mox redituros. Idem quoque dicendum de his qui tempore pestis alibi se conferunt, cum spes mox redeundi excludat animum sese illius loci Ecclesiae addicendi. Quod si tamen hic Glossatores consulimus vel communem Dd. opinionem inspicimus de qua testatur Menoch *cit. conf. 398 n. 26. & 31.* ei Parocho studiosi & mercatores subijciuntur, ubi commorantur, & sic ex sola commoratione illi fierent Parochiani. Aperte quoque; hanc tuetur sententiam Alex. Sperellus *in Decis. for. Eccl. Decis. 87. n. 5.* in quiens: In Parochia agnoscenda considerandum non est domicilium, sed praesens status ita ut ubi quis ad praesens habitat, & animum habet ad aliquot notabile tempus permanendi, licet non constituendi domicilium, ibi dicatur habere Parochiam, ut contingit in officialibus, in scholaribus, famulis, nutricibus, & similibus in conducentibus domum ad annum, tamen si morte praeventi illum non compleverint. Decepti vero sine dubio sunt, hi quotquot sunt, qui hanc sententiam fovent, ex effectibus, quibusdam, qui alias ex Parochialitate descendunt, & in talibus personis quoque; locum habere possunt v. c. ratione sepulturae, de qua suo loco agendum inde enim statim eos Parochianos esse voluerunt, cum tamen ex unico effectu non possit concludi, hunc vel illum hujus loci esse proprie dictum Parochianum. Quid si nunquam sacris illius Ecclesiae vacavit, cum ad hoc jure compelli non possit? An potest dici, receptus esse in hanc Ecclesiam? Imo quamvis per brevius tempus sacris hujus Ecclesiae vacaverit; attamen hoc ex necessitate fit, ob quod non recte dicitur Parochianus, illius loci; sicuti qui in alienis terris ad tempus vivit, civis temporaneus a Grotio dicitur: non quod civis vere talis fiat: Ita possent quidem ita dici abusive Parochiani: sed revera tamen non sunt.

§. XXI. Quod vero Murga & Sanchezius cit. l. ille n. 681. seqq. hic

hic vero *n. 12.* ut & Menoch. *l. 5. Conf. 446. n. 13. § 14.* præcise respiciendum esse putent ad animum, an scil. majorem anni partem ibi sint commoraturi & inde inferant, Parochum solius habitationis per majorem partem anni posse matrimonio illorum, qui in ipsius territorio domicilium non habent, assistere, & non opus esse expectare, ut majori anni parte hi in Parochia habitent, sed statim hos, ac animum talem habent, effici Parochianos, & c. illi itidem decepti esse videntur ex male intellecto *c. 70. ff. 46. C. 16.*

Q. 1. ubi Pontifex asserit dari ibi debere decimas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum missas audiunt. Non videtur enim fuisse intentio Pontificis, quasi Parochiani præcise exinde adjudicari debeant: sed quod ex his actibus sc. habitatione per integrum annum, & perceptione sacrorum in certa Ecclesia concludatur, hanc Parochiam aliquem agnovisse pro sua, ex qua cognitione onera quoque Parochalia ipsi adjudicantur. At solam annalem habitationem absque usu sacrorum in illo loco, ubi quis hæcten, commoratus est, eum parochiæ illi addicere inde non evincitur. Saltem in nostris Ecccl. hæc pontificiorum sententia obtineri non debet, cum Christiana libertas peregrinis hanc facultatem dabit, ut præterito loci Parocho alibi sacris vacare possint.

§. XXII. Cum vero vagabundi domicilio careant, licet forum originis retineant, hinc quoque quæri solet, ubinam illi Parochiani sint? Ego ex iisdem principiis assererem, nullibi. Neque enim in foro originis amplius Parochiani esse possunt, cum domicilio illius loci renunciaverint, & sic quoque Parochiæ nec alibi etiam novum domicilium constituerint. Huc referri possunt, qui in itinere sunt, & novas sedes quærunt, relicto in totum priori domicilio *l. is qui manumisse 27. §. Celsus ff. ad munic. Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 2.* Interim in locis, per quæ iter suum instituunt, sacris uti non prohibentur, sicut & alii effectus Parochialitatis in eos cadere possunt veluti ratione sepulturæ, matrimonii & c. de quibus sup loco: Agnoscere id ipsum videtur Sanchezius *cit. l. n. 4.* inquit: *Qui relicta Parochia nondum statuit, ad quam migraturus sit, sed quærens domum interim in aliqua Parochia hospitatur ad breve tempus, dicitur vagus respectu Parochiarum illius oppidi.* Et paucis interjectis: *Hic siue Parochia*

An hic respiciendum sit ad habitationem per majorem anni partem.

vagabundi ubinam parochiani

est, priorem enim amisit, & nondum aliam acquisivit. Majori ergo libertate præditi sunt vagabundi, quam qui domicilium constituerunt: dum hi certæ alligantur Parochiæ; Illi vero neutiquam, adeoq; jura Parochialia proprie in eos exerceri nequeunt quoad plerosq; effectus, ut suis locis videbimus, non diffidentibus Sanchezio *cit. l. & Petro de Murga cit. n. 695.*

*Quomodo
quis dupli-
cem habe-
re Parochi-
am possit.
An æqualis
in utraq;
Parochia
habitatio
requiritur.*

*Funda-
mentum
hujus sen-
tentie ex-
cutitur.*

§. XXIII. Solet etiam illa moveri quæstio: utrum duplicem quis possit habere Parochiam, sicuti quis potest duobus in locis domicilium constituere? Quod communiter affirmant requirerentes tamen, ut Parochianus æqualiter in utraq; habitet, videlicet hyeme in una, æstate in altera. Sanchez. *cit. l. Disp. 24. n. 2.* Sperellus *Decis. for. Eccl. Decis. 87. n. 10.* vel ut eleganter (scilicet) ait Paludanus citatus a Menochio *Consil. 398. n. 28.* *Si in utraq; Parochia habet domum, in una manerium hyemale, in alia æstivale, utriusq; sortitur forum, non simul sed successive secundum quod habitat hic & ibi, ut tunc hic recipiat Sacramenta, quando hic habitat, alias ibi.* Conf. Petr. de Murga *cit. l. n. 692.* ubi addit: *ubi vero in æqualitate habitationis datur, major temporis pars eum facit proprium Parochium, in quo habitatio fit* Conf. Petrus de Ubaldis de *Canon. Episc. & Paroch. c. 7. n. 12.* Fundant vero se, qui hoc requisitum exigunt, in *l. 6. §. 2. & l. 27. §. 2. ff. ad municip. & c. 2. X. de Sepult. in 6.* ubi dicitur quod quis duobus in locis possit domicilium habere, si quis sit instructus duobus locis æqualiter, ut neq; minus hic, neq; minus illic, frequenter commoretur, ex quibus textibus Civilibus Pontifex decisionem suam quoad Parochialitatem formasse videtur. Sed hoc requisitum non nisi ex captatione verborum inde elicitur. Proponebat enim ita casum Jctus in *l. 27. cit. & quærebat, an in tali casu quis duplici domicilio instructus dici possit, & responderet, posse hoc admitti, si utrobiq; sit destinatus animo, hoc est, non præcise respiciendum est ad hoc, ut æqualiter in utroq; loco habitet, sed sufficit, si utrobiq; domicilium habere animo destinaverit. Ergo idem quoq; de Parochialitate dicendum esse arbitror, ut scilicet utrobiq; Parochianus sit quoad onera & commoda Parochis inde redundantia, quam vis ut utrobiq; quoveque æque sacris intersit, cogi non possit, ut suo loco videbimus.*

§. XXIV.

§. XXIV. Atq; ita expeditum est, qua ratione quis Parochianus dici possit, ubi in loco quodam una tantum adest parochia. Cæterum si plures sunt, quod frequentius accidere solet, certum est, tunc non respicere posse ad locum domicilii: Ille enim consideratur quoad totam Civitatem, non quoad partem ejus singularem: Potest itaq; quis domicilium h. e. habitationem cum animo perpetuo in illa Civitate permanendi, constituere, ut tamen adhuc dubitetur, cujusnam Parochiæ Parochianus sit?

Hoc itaq; casu dicendum puto ex habitatione, quem Parochianum cenferi illius Ecclesiæ cui domus, in qua habitat, est addicta. Neq; enim aliter hoc determinare posse arbitror, præsertim si ita divisæ fuerint ædes, quæ admodum hoc in casu fieri solet, ut ad certam Ecclesiam Parochialem relatæ sint; ubi tamen rursus mores nostri distinguere solent, utrum possideat tales ædes ut *proprias*; an vero saltem jure *conductionis*, ut priori quidem casu hæcenus dicta locum habeant; posteriori non item, sed conductores quoad sacra liberam habeant facultatem eligendi Parochiam, qua velint: Salvo interim jure Parochialitatis ædibus in hærente. Quod videtur itidem ex moribus Romanorum promanasse; cum constat apud Romanos Prætores Jurisdictionem exercuisse quoad certam loci portionem, seu curiam. Unde Regula: extra territorium jus dicenti impune non paretur. *l. ult. ff. de Jurisd.* & quod Prætor tutores crevaerit *secundum suam Jurisdictionem* §. 4. *J. de Attil. Tut.* h. e. secundum terminos suæ Jurisdictionis, seu intra suum territorium Dn. Hoppius *ad cit. l. 1.* Probabile autem omnino est, ad habitationem imprimis Prætores respicere debuisse, an scilicet Pupillus intra suum territorium domicilium habuerit nec ne?

§. XXV. De his vero qui plane in Civitate tali non constituere domicilium; sed ad tempus ibi morantur; ita statuendum esse existimo, ut tunc quidem, si sola habitatio quem Parochianum faciat, interim quod commoda Parochorum reputentur ejus Ecclesiæ Parochiani, cui domus, in qua habitant, est addicta. Et sic pluribus in locis receptum esse memini, ut etiam peregrini, commorantes in diverforiis, & ibi decedentes præstare conse-

Quis juris si plures sint Parochiæ in aliqua Civitate.

Sola habitatio ibi facit Parochianum.

Modo possideat ædes jure proprio.

Quid dicendum de his, qui ad tempus in tali loco morantur.

consuetata teneantur Parochis illius Parochiæ, in quorum Parochia diversorium situm est. Sed hi rursus proprie dicti Parochiani non sunt, sed tantum quoad hunc & similem effectum pro talibus habentur. Unde nec hoc casu studiosos proprie Parochianis adscribere possum, ut scilicet ex loco habitationis teneantur Ecclesiam Parochialem eligere, & percipere ibidem sacra, cum studiosorum habitationes sint incertæ, sæpeq; mutabiles, unde quoq; eveniret, ut ita mutabilis esset Parochia.

An infantes sibi constituere possint Parochiam.

§. XXVI. Cum itaq; hæcenus ex dictis constet, Parochianum quidem aliquem fieri ex domicili constitutione Dn. Struv. *Ex 9. th. 39.* vel etiam quandoq; ex sola habitatione; adhuc brevibus addendum censui, an reliqua jura, quæ de domicili constitutione traduntur, huc etiam applicari possint? Ad domicili constitutionem vulgo duo requirunt: habitationem & animum perpetuo ibi commorandi. Inde inferre solent, infantes proprium sibi domicilium constituere non posse. Quod si tamen alibi se conferat, & majorem rerum suarum partem transferat, videntur re ipsa & facto constituisse, vel ut Baldus loquitur *lib. 4. cons. 134. n. 1. lex eis constituit hoc casu domicilium.* Hoc sensu quoq; infantem alii Parochiæ se subicere posse existimant, quamvis etiam hoc casu non ad solius domicili constitutionem respiciendum esse existimet Alex. Sperell. *in Decis. for. Eccl. decis. 87. n. 11. Licet infans, inqviens, qui a matre vel tutore ad aliam Parochiam translatus, nec animum habeat mutandi proprium domicilium, nec habere possit; nihilominus, quia in dignoscenda parochia non attenditur domicilium, sed locus presentis habitationis ad tempus considerabile, ideo Parochus hujus infantis erit is, in cujus Parochia moratur.* Verum decisio Sperelli in eo se fundit, quod infans non possit sibi domicilium constituere, quod quidem de vera constitutione concedimus: sed si ex doctrina communi supponimus, leges infanti aliquando domicilium constituere; facilius erit decisio, ut Parochianus ejus loci fiat, ubi lex ei videtur domicilium constituisse. Quod si tamen majorem suarum fortunarum partem non ibi habuerit, ubi moratur, vix admitti potest sententia Sperelli ex eis, quæ dicta sunt §. 8. nisi statim ex sepultura velimus quem

Sententia Sperelli examinatur.

quem Parochianum judicare quod tamen fieri nequit. Hoc casu ergo censetur retinisse propriam Parochiam in loco domicilii, quod hactenus non mutatum est. Et vix in infantes actos Parochiales exerceri poterunt, nisi forte, ut diximus, casum sepulturae excipiamus.

§. XXVII. Sicuti vero porro uxor per matrimonium transit in domicilium mariti *l. f. §. 3. ad municip. l. ult. C. de in col.* Ita regulariter quoque Parochiae mariti subicitur, modo matrimonium jam sit consummatum. Sola enim desponsatio, sicuti domicilium non mutat; ita nec Parochiam *l. 32. ad munic.* Et sicuti vidua facta domicilium mariti retinet, ita & Parochiam *tit. l. 32.*

§. I. Ex quo infert Sanchez. *de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 15.* Si mulier coram Parocho suae Parochiae nubat viro, & constante matrimonio eadem die se transferat ad viri Parochiam, si matrimonium forte fuit nullum, sitque iterandum; quamvis eadem die coram Parocho: non posse jam assistere priorem illum foeminae Parochum, quia mutatione illa statim desit esse Parochiana illius, novamque Parochiam acquisivit. Quare inter esse debet Parochus domus, ad quam cum viro se transtulit. Sed haec sententia non cohaeret. Ponamus enim matrimonium ita esse nullum, ut reiterari non possit; an tunc domicilium transtulisse & Parochiam mariti elegisse censeretur? Matrimonium enim nullum nullos potest producere effectus, & maxime tales, qui huic proprie cohaerent, qualis est constitutio domicilii in foro mariti. Nec obstat, quod semel habuerit animum transferendi domicilium & Parochiam: Illa enim destinatio est limitata & intelligitur: *rebus sic stantibus*, si scilicet matrimonium constituerit, quo cessante, Parochiam non censetur transtulisse. Supponendi tamen hoc casu sunt semper termini habiles. Si enim uxor sit diversae a marito Religionis, non potest dici Parochiana facta Parochiae mariti, sed hoc casu retinebit priorem suam Parochiam. Quod vero actus alios Parochiales concernit, varie hoc casu a Principe statui potest, & solet non raro hic ratio haberi ad caput Familiae seu ad maritum, ita ut cujus ille religionis sit, etiam Paroch, equidem religionis actus Parochiales, quatenus

Quando infans retineat priorem Parochiam.

Uxor sequitur Parochiam mariti.

An ex matrimonio nullo transferatur Parochia.

Limitatio.

tenus uxoris religioni vim non inferunt, illis ædibus exercere
 queat, qva de re adducere lubet serenissimi Electoris in Palati-
 natu Johannis Wilhelmi mandatum: Demnach uns vorkommt
 daß obßhon unser in Gott ruhenden Hrn. Vaters Churfürstl. Durch-
 Hochsel. Gedächtniß mit des Hrn. Bischoffen zu Würzburg Lieb-
 veranlaßet/daß um Abwendung aller zwischen denen Catholischen und
 Reformirten Pfarren besorgenden Collision der Catholische Pfarren
 die Actus Parochiales bey unsern Chur-Pfälzischen Unterthanen zu
 verrichten/ wo das Caput Familiaz nemlich der Mann im Hause Ca-
 tholisch/ und also vice versa der Reformirte Pfarren/ wo das Caput
 Familiaz Reformirter Religion ist/ sothane beyderseits beliebte Abrede
 gleichwol nicht allein bißhero gebührend nicht observiret/ sondern
 gar auch unsern Kirchen-Rath und von diesem den Reformirten Pfar-
 ren zur schuldigsten Gelobung nicht einmal intimiret worden/ als habe
 ihr nur/woher solche Veranlassung gerühret/ gehorsamst zu berichten/ und
 gedachten unsern Kirchen Rath alsobalden gemäß zu befehlen/ angeru-
 tet Abrede gemäß sich zu verhalten/ und in geringsten dargegen nicht
 zu handeln/ denen Reformirten Pfarren ernstlich aufzutragen und
 Wirr. Benroth. den 28. Junii 1694.

Johann Wilhelm Churfürst

*An uxor
 audienda,
 parochiam
 priorem ut
 retineat
 desiderans*

§. XXVIII. Quid vero, si uxor nolit mutare suam Paro-
 chiam, sed desideret, ut in priori Parochia ejusdem loci possit Pa-
 rochiana manere, an sit audienda quaritur? Quid enim si Pa-
 rochianus mariti de hoc protestetur? Nescio sane, an moribus no-
 stris absq; speciali concessione Parochi mariti hoc impetratur
 sit, cum Parochorum interesse hic simul versetur. Quod si
 non ex veris Principiis Juris Ecclesiasticis res foret decidenda
 putarem, uxorem cogi non posse, ut præcise mariti Parochia
 subiciat, dummodo parochum mariti indemnem præstare velit.
 hoc est, præstare omnia illa, quæ alias a Parochianis exiguntur.
 Sic enim exceptio: *tua non interest*, repellit omnem agentem.
 Neq; enim quoad curam animæ quis videtur cogi posse, ut in
 se subiciat, cum ita omnis fiducia cessaret, natura Ecclesiarum
 quod

quoq; tali coactioni resisteret. Securitas certe agit si id a Principe impetret.

§. XXIX. Sicuti itaq; porro domicilium pro lubitu regulariter mutari potest: ita etiam Parochia mutatur mutato domicilio vel habitatione. Hoc ultimum ideo addo, quia aliquando ex sola habitatione Parochia constituitur, ut supra dictum. Potest enim habitatio mutari, ut non mutetur domicilium. Quo tamen casu requirunt Dd; ut talis murata habitatio non fiat fraude. Nam habitatio fraudulenter in præjudicium Parochi proprii vel alterius Parochi mutata, ad effectum acqvirendi novum Parochum non sufficit, quod fraus & dolus nemini patrocinari debeat, & quod malitiosus hominum non sit indulgendum. Franciscus Maria Samuëlius in *Prax. de sepult. tr. 1. disp. 8. controu. 8. concl. 4.* Navarrus *tom. 1. consil. tit. de Paroch. cons. 1.* Sed unde de tali constabit fraude? Et quamvis, si constaret de fraudandi animo, hoc admitti posset, ut non possit talis se subducere oneribus Parochialibus jam instantibus & mox præstandis, tamen illud dubium remanet, quod is non amplius in Parochia habitet, & sic quoad onera Parochialia futura amplius pro tali haberi nequeat, nisi forsitan simul et mutationem habitationis & saltim ad tempus se alic transferat, ut modo a certo onere se liberet, nam tunc talis mutatio foret dolosa & intempestiva.

§. XXX. Quamvis vero Parochiani communiter, ut dictum, æstimare soleant ex domicili constitutione & habitatione, & ita sequi videantur normam Jurisdictionum: Hoc tamen non ita perpetuum est, ut non possit quis esse Parochianus hujus loci, & tamen alius in eum usurpet Jurisdictionem, & non ordinarius Judex loci, veluti, si Jurisdictione ejusdem eximatur. Unde ab exemptione Jurisdictionis ad exemptionem a Parochis non valet consequentia, sicuti non sequitur: Huic Judici subiectus est: ergo quoq; Parochianus est illius loci, cujus Judicem ignoscit *c. f. X. de Parochiis* ibiq; Barbosa *n. 2. & 3.* Unde novi in certo aliquo casu, ubi Parochus ideo prætendebat jus Parochiale in quosdam homines exercere, quod Jurisdictioni loci

*Quomodo
Parochia
mutetur.*

*Mutatio
debet fieri
b. f.*

*Argumentum a
Jurisdictione
ad Parochianum
non stringit.*

illius, ubi Parochia est, essent subiecti, licet vel maxime intra Parochiani suam non habitarent, contra Parochum fuisse responsum.

*An Reges
& Princi-
pes sint pa-
rochiani.*

§. XXXI. Ultimo demum quæritur, an etiam Reges & Principes proprie Parochiani dici possint? Quæstio hæc forsan Domitiana quibusdam videri posset, cum illi habeant proprios Sacerdotes, Hof-Prediger/ adeoq; ad nullam Parochiam referri possint. Sed uero & aulici Sacerdotes sibi sine dubio Jus quoddam Parochiale vindicabunt, præsertim cum pluribus in locis Ministri aulici sint Parochiani Ecclesiæ ad aulam spectanti, det Schloß-Kirche Eingepfarrte/ adeoq; ibi sacris interesse teneantur, hinc non mirum, si in his Ecclesiis quoq; quandoq; Parochiani reperiantur. Sed de ipso summo Principe jam quæstio instituitur, non de ejus Ministris. Menochius *Consl. 389. n. 30. ex Gæbrielle Biele de Rege Galliæ* ita loquitur *Rex Francorum etiam assidue uagetur & nunquam Parisiis moratur; quia tamen in Metropolitana civitate præcipuum habitaculum habere præsumitur, ejus civitatis Archi Episcopo tanquam proprio Sacerdoti subjiçitur.* Ergo ex mente Menochii Rex Galliæ est Parochianus Archiepiscopi Parisiensis. Cæterum, si dicendum, quod res est, neutiq; in incipientes ire possunt, Principes habere suos proprios Sacerdotes aulicos, & hætenus eorum sacris interesse. Sed, ut puto, id non fit ex aliqua obligatione, sicuti cæteri Parochiani suis Parochis subiecti sunt, sed ex mero arbitrio cum leges Parochiales ipsimet constituant, has vero non sibi sed subditis suis ferant. Adeoq; si Princeps proprium sacerdotem habere nolit, in ejus arbitrio erit, hæc jus vel illius Ecclesiæ sacris vacare, non obstante, quod Rex Galliæ sit quasi Parochianus, hujus enim instituta nostros Principes non obligant. Unde etiam die Fürstl. Amtes-Häuser Parochiani non esse subiectas, certum est, præsertim si inhabitans simul nomine Principis easdem ædes inhabitet, & jura Principis ibidem exerceat. Et ita ipse Potentissimus Rex Borussiae Fridericus in Rescripto quodam, in materia de jure Parochiali circa sacra adducendo rescripsit.

CAP. III.

De Parochiis & terminis Parochialibus.

§. I.

DE Origine Parochiarum ni fallor, satis in *disquisitione*. Anacantha de *natura & origine Parochiarum* dictum puto. Oleofis de ostendi ibidem Parochias demum introductas, postquam Clericorum potentia & dominatus facer ad *unum* suam pervenit, cum antiquitas sub primitiva Ecclesia tales non essent fatente ipso August. Barbossa *tr. de offic. & potest. Paroch. P. 1. c. 1. n. 17. ubi n. 18.* addit, postea tamen fuisse constitutum sub Dionysio (quod tamen in *cit. disquis. rejectum*) ut singulae Ecclesiae singulis sacerdotibus assignarentur, ut unusquisque proprium haberet territorium, nec unus alterius fines ingrederetur. Unde Parochiae, saepius territoria Episcoporum dicuntur c. 19. Synod. Aurelianens. 1. & c. 18. Concil. Aurel. 3. c. 3. Concil. Vacens. 1. it. in capitul. Carol. M. lib. 1. c. 9. 40. & 66. in LL. Allemann. tit. 11. §. 1. territoria tit. 13. §. 2.

§. II. Accipitur vero Parochia vel *late*, pro tota Diocesi, ut apud Augustin. *Epist. 261.* & hac significatione apud Christianos sequeioris aevi, denotabat territorium & regionem Episcopi Linckius *ad Decretal. tit. de Paroch. §. 1. & in tr. de jure Episc. c. 6. n. 28.* Ganzalez. Tellez. *ad c. 2. 10. de Paroch. Franc du Roye Instit. Jur. Can. tit. 1. §. 1.* vel *stricte* pro districtu Ecclesiarum quarumvis, quae significatio tunc invaluit, postquam nomen Dioceseos, Regionibus Episcopis assignatis, tribui coepit *Linck. cit. l.* Et hoc sensu quoque hic accipimus parochiam, eamque ita delineamus, quod sit certus districtus limitibus suis seu terminis distinctus & parochis tanquam proprium territorium assignatus continens in se Ecclesiam parochialem, populumque illi Ecclesiae addictum, ut & aedes finibus parochialibus inclusas Germ. ein Kirchspiel Pfarre. Alio sensu parochia quoque denotat Societatem parochialem, de qua in *disquisitione*, de *Origin. Jur. Paroch.* abunde dictum puto.

puto. Ut vero ordine procedamus, singula requisita Parochiarum excutienda sunt.

*Requiri-
tur certus
districtus.*

§. III. Primo requirimus *certum districtum*. Natales hujus rei jam supra excussimus in *disquisitione de origine Parochiarum*, unde constabit, admodum Regiminis civilis tales districtus Parochiis fuisse assignatos. Et ita opponitur Diœcesi, quæ notante Zieglero *de Jur. Majest. lib. 1. c. 15. §. 24.* Phrasi Ecclesiastica plures tantum alicujus Regni provincias metropolitanas seu *ἐπαρχίας* complectebatur, quarum singulis erat suus metropolitanus, velut *ἐπαρχία* plures *ἐνορίας* aut *παρροχίας*, quæ sub Episcopo Civitatis erant. Ostendit porro idem Zieglerus, hæc omnia ita introducta fuisse *ad exemplum Regiminis Croicis*: uti Diœcesis seculo Constantini multarum erat provinciarum complexus, quæ in unum coactæ per Præfectos Prætorio & eorum vicinos regebantur. *l. un, C. ut omn. judic. l. 3. C. Theod. de equor. collat. l. 9. C. Theod. de Legat. §. decret. Legat.*

*Admodum
jurisdictio-
nis civilis*

*Origo ho-
rum distri-
ctuum.*

§. IV. Ejusmodi certos districtus præsertim ex Civitatibus, earumque magnitudine & amplitudine fuisse constitutos, antiquitatum studio dediti non ignorant. Olim enim Parochiarum nomen unice attribuebatur pagis, & sic parochias civitatibus opponebant Jac. Symondus *de Azymo c. 5.* Carol. du Fresne *in Glossario voce Parochia*. Optime id explicet Gonzalez. Tellez. *ad c. 2. X. de Paroch. n. 9.* inqviens: *Primis Ecclesie temporibus antequam adeo numerosa seges extaret sementis Evangelica, primi illi Ecclesiarum conditores bisariam operam suam, & opere ministros partiti fuerunt, in urbem & urbi adjunctum territorium: Atque intra muros quidem una sufficiebat Ecclesia ad synaxes & sacros conventus habendos, ubi præerant Episcopi; extra urbem in pagis & locis rusticis alie Ecclesie construuntur, quas Græci Parochias, Latini Parochias dixerunt & in eis Presbyteri seu Chorepiscopi constituuntur. Postea tamen aucto fidelium numero etiam in urbe constituta fuerunt diversæ Parochie. Addit porro ibidem, necessitatem & populi frequentiam, Parochias tales in civitatibus fecisse. Nam cum pergit, insignes Civitates unus prælatus regere non posset, neque magnum populum unius sedis spatia includere, visum est Episcopis in Regiones & Centurias populum dividere & Regiones*

*Ecclesia
rurales o-
lim Paro-
chia dice-
bantur.*

Civitate

Civitate certis limitibus describere ut unicuique eorum suus sacerdos & Curio praeferretur &c. Quamvis ergo olim quidem incognita fuerit distinctio Parochiarum in rusticas & urbanas: postea tamen satis nota fieri coepit.

§. V. Est itaque Parochia rustica districtus ille in Pagis seu ruri constitutus, in quo degunt rustici ad certam Ecclesiam parochialem deputati. Neque enim hodie quilibet pagus habet suam Ecclesiam parochialem propriamque Parochum, sed plures pagi saepe uni Ecclesiae deputati sunt, ut adeoque talis Parochia latius se extendat. Hoc vero duplici modo accidit, ut aut aliquis pagus habeat aedes sacras, absque tamen proprio Parocho, & ita vocatur *filialis*, opposita Ecclesiae *Matrici*, quae sub se alias Ecclesias habet Barbof. *de jure Eccl. lib. 2. c. 3. n. 20.* ut tamen ibi Parochus residentiam suam habeat, quamvis Ecclesiae quoque filiali prospicere teneatur, ibique sacra administrare: aut vero pagus nullas aedes sacras habet, sed in alterius loci aedibus sacris cultui divino interesse tenetur, & hinc illa communitas in tali pago degens vocantur simpliciter Parochiani Cüngeparrete. Dn. Schilt. *Instit. jur. Can. lib. 1. tit. 3. §. 12. in f.* Priori casu plures quidem videntur esse Parochiae, cum filialis suum proprium templum habeant: Unio tamen & incorporatio harum Ecclesiarum facit, ut dum uni Parocho subsunt, illeque omnibus prospicere teneatur de sacris, haec tamen pro una Parochia reputentur: respectu scilicet Parochi, qui in toto illo districtu tanquam in suo proprio territorio, (ut cum Canonistis & vulgato sermone loquar) jus parochiale suum exercet: quamvis caeteroquin adhuc filiales & matrix quoad onera Ecclesias ipsas respicientia pro diversis reputentur, ut suo loco dicitur. Posteriori casu res clarius & evidentior est, & non adeo multum difficultatis occurrit circa jura parochialia cum propriis destituantur Ecclesiis.

§. VI. Parochias urbanas districtus certos in Civitatibus denotare facile patet. Sunt autem duplicis generis vel enim quod potissimum & principaliter accidit hic supponuntur plures Ecclesiae parochiales, in una Civitate, ita ut unicuique

Parochia rustica.

Ecclesia filialis ex Matrix.

Filialis & Matrix Ecclesiam constituent Parochiam

Parochia urbana

duplicis generis.

vis

vis certus Civitatis districtus sit assignatus, & in unaquavis Ecclesia proprius Parochus, qui intra illum districtum sibi assignatum jus suum parochiale exercet: Vel una tantum adest Ecclesia Parochialis, & sic districtus quoque; ipsius Parochiæ non adeo in obscuro est; sed ipsius Civitatis terminis inclusus, adeo ut per totam Civitatem Parochia sese diffundat, neque; adeo certum & distinctum districtum habeat. Accidere tamen potest, ut talis Civitas suburbia habeat, & ita forsan de districtu quæstio moveri posset, quo usque se extendat, utrum solis mœnibus contineatur an vero etiam suburbia contineat, id quod ex loci cujuslibet natura & consuetudine dijudicandum. In dubio tamen in subsidiis degentes ad Parochiam Civitatis referendi quia suburbia sunt pars Civitatis, etsi non verbis, & sic urbano jure judicantur *l. Popillus 239. §. 2. D. V. S. Mey. p. 3. Decis. 165. n. 4.*

*Requirunt
(2) fines
distincti.*

§. VII. Deinde requirimus *distinctos fines & limites Parochiarum.* De his diserte disponit Concilium Tridentinum *sess. 24. de Reformat. cap. 13. in f. In iis Civitatibus aut locis, ubi Parochiales Ecclesie certos non habent fines, nec eorum Rectores proprium populum, quem regant, sed promiscue petentibus sacramenta administrant: mandata sancta synodus Episcopis, pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas propriasque Parochias unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignent, qui eos cognoscere valeat, & a quo solo licite Sacramenta suscipiant: aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit provideant. Idemque in iis Civitatibus ac locis, ubi nullæ sunt Parochiales, quamprimum fieri curent, non obstantibus quibuscunque privilegiis & consuetudinibus etiam immemorialibus.* Postquam enim ad formam civilis Jurisdictionis vel Imperii Parochiarum divisio facta, non potuere non distincti fines cuius attribui Parochiæ.

*Overelæ
sæpe motæ
de finibus.*

§. VIII. Et quoniam sæpe quærelæ de finibus turbatis Parochiarum fuerint motæ, dubium non est, cum multoties in Conciliis inculcatum constet, ne quis alterius Parochiæ fines transgrediat, sed suis se limitibus contineat: imprimis vero certarum sæpe acriter Episcopi propter fines suarum Diocesium. *In Concil. Constantinop. c. 2. diserte prohibentur Episcopi ultra Diocesium*

in Ecclesias extra suos terminos accedere nec Ecclesias
 confundere. *In Concilio sexto in Trullo c. 20.* disponitur, ne E-
 piscopo liceat in alia, quæ ad se non pertinet publice doce-
 re. Maxime autem respiciendum esse Canones volunt in fi-
 nibus determinandis ad quietem possessionem 30. annorum.
Concil. eod. c. 25. ut & ad fines Civis Jurisdictionis. Ita enim
in c. 38. cit. Concil. expresse dicitur: *Si qua Civitas ab Imperato-*
ria potestate innovata sit vel posthac innovanda, civiles ac publicos
typos & Ecclesiasticarum quoq; rerum ordo consequatur, id quod
Jam antea quoq; constitutum erat in Concil. Chalcedonensi
c. 17. In Concil. Antiocheno c. 10. Hi, qui sunt in vicis vel Regionibus
 admonentur, ut suum modum sciant, & sibi subjectas Eccle-
 sias administrent, earumque cura & sollicitudine gerenda
 contenti sint. *Conf. c. 18. Concil. Ancyran.* Inde quoq; cavetur, ne
 quis actum aliquem ultra fines sibi præscriptos faciat ut in *c. 22.*
Concil. Antioch. ubi prohibentur Episcopi extra suam Regionem,
 quæ ad ipsos non pertinet, ordinatione vacare. *conf. c. 15. Concil.*
Sardic. item ne in causa finium jus sibi ipsis dicant, alioquin jus
 suum perdant *c. 121. Concil. Carthag.*

§. IX. Videamus ergo, quæ ratione fines Parochiales con-
 stituantur & probentur. Quoad constituendos fines illud cer-
 tum est, Parochias non semper limitari & distingvi secundum
 distinctionem territoriorum, quamvis in Conciliis id difertem
 cautum legamus, quia una Parochia aliquando se extendit ad
 partes multorum territoriorum. Hieron. de Monte *de finib. reg.*
c. 13. n. 3. Unde licet vel maxime contingat, ut territoria quoad
 Jurisdictionem mutantur, Parochiarum fines tamen inde non
 mutantur, quo pertinet Nicolai Papæ assertum in *c. 1. D. 10. non*
visum est ad mobilitatem necessitatem mundanarum Dei Ecclesiam com-
mutari Barbof. de Jur. Eccl. lib. 1. c. 20. n. 41. & de offic. & potest. Episc.
P. 1. tit. 1. c. 7. n. 15. Quamvis ubi in §. antec. dictum, non raro fines
 Parochiales secundum divisionem Civitatum sint factæ, ut for-
 mam Jurisdictionum sequantur. Constituuntur autem fines
 autoritate Episcopi apud Pontificios, etiam invitis Parochis in
 ipsorum Diocesis, cum illi in tota Diocesi præsent Parochis

*constitutio
 finium Pa-
 rochia-
 lium.*

*Autorita-
 te Episco-
 pi fines
 constitu-
 untur.*

H

vid. untr.

*In dismen-
bratione
Parochi-
arum re-
quiritur
iusta causa*

vid. Concil. Trident. *sess. 21. de Reform. c. 4.* Conf. Barbof. *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 63.* Quod tum sit, ubi plane nulli fines Parochiales sunt determinati: tum etiam, ubi nova Parochia per dismenbrationem quandam extruitur ut scilicet ex una Parochia fiant duæ & sic fines veteris Parochiæ coarctentur. Hoc casu tamen merito requiritur iusta causa, ne scilicet erigatur nova Parochia in præjudicium veteris Parochi; & illi absq; causa populus subtrahatur. Ad sufficientem talem causam refert Barbof. *in Collect. ad cit. c. 4. Concil. Trid. n. 7.* si aliqua pars veteris Parochiæ sit in suburbio extra portas urbis, quæ soleant de nocte firmiter claudi, & non nisi cum magna difficultate aperiri. Quid enim si Parochiani ægrotant & ita Parochi sui auxilio destituuntur? Ego hanc quidem causam sufficientem puto. Huc etiam refero distantiam loci, quamvis Barbofa hanc causam iustam haud existimet in *tract. de Off. & Potest. Episc. cit. l. n. 1.* contrarium tamen statuens *in tr. de Jure Eccl. l. 1. c. 20. n. 23.* cum iterum incommoditas & difficultas sæpe causa sit, ut ægrotantes absq; Parocho esse debeant Anton. Grannanietto *ad c. un. X. ut Eccles. benef. sine dimin. confer. n. 9.* de qua re notabile præjudicium occurrit apud Fincketh. *de jure Patron. c. 5. n. 63.* Quem vero deinde addit, magis ridicula est quam sufficiens. Videlicet si Parochiani ruri commorantes, cogantur venire ad suam Parochiam in urbe sitam, quia cum id decenter facere non possint, cum mulieribus & familia communiter indutis rustico habitu, præsertim diebus solennioribus, se commiscendo honestioribus ac ditioribus, idoneam putat esse causam erigendi novam Parochiam, ne ob disparitatem conditionis fortunæ, & morum risui & ludibrio habeantur & sic retrahantur ab audiendis divinis. Certe causa debet esse rationabilis, alias non facile admittitur B. Dn. Brunnem. *de Jur. Eccl. lib. 2. c. 4. §. 11.* Et quia quandam alienationem involvit, hinc eadem in hac dismenbratione requiruntur solennitates quæ alias in alienatione rerum Ecclesiæ. Barbof. *de offic. & potest. Episc. P. 3. alleg. 67. n. 16.* imo & Parochi consensus necessarius, quia de ejus agitur præjudicio. Quod si tamen ille iniq; dissentiat & tamen iusta causa adsit fines Parochiales restringendi

*Quando
non atten-
datur dis-
sensus Pa-
rochi.*

gendi nihilo minus ad dismenbrationem procedi potest *Id. n. 20*

In nostris Ecclesiis sicuti uniones Ecclesiarum auctoritate Principum fiunt, quibus iura Parochialia competunt: Ita eodem modo auctoritate eorum dismenbrationes Ecclesiarum sunt suscipiendæ, quicquid etiam contradicat in cassum Pontifex per suas Bullas. vid. Linckius *de Jure Episc. c. ult. n. 28.* dummodo Parocho veteri, in cujus præjudicium talis dismembratio tendit, satisfiat eo nomine. Quod si tamen Ecclesia antiqua plures reditus habeat, nec præjudicium Parochi antiqui vertatur, certa portio ex antiqua Ecclesia illi novæ Ecclesiæ deputari potest *Concil. Trid. Sess. 21. de Reform. c. 4. Grannanietto ad c. un. ut benef. Eccl. sine dimin. conf. n. 9.*

§. X. Quod vero dixi, dismenbrationem Parochiarum fieri ex beneplacito ex auctoritate Principis, vel apud Pontificios auctoritate Episcopi hoc restringi debet, ita, modo talis dismenbratio non sit contra Instrum. Pacis. Neq; enim Parochiani Evangelici, qui anno 1624. d. 1. Jan. Parochiæ Evangelicæ subfuerunt, ibiq; decimos præstiterunt, addii Ecclesiæ Catholicæ Religioni addictæ possint, ut ibi sint Parochiani, ibiq; solvant decimas, aliæq; onera præstent. Diserte enim provisum est in *Instrum. P. art. 5. §. 47.* ubi ita: *Reditus etiam nec non decime, Canones & Pensiones Augustanæ Confessionis statibus, foundationibus jam destructis & collapsis ex alienis terris oriis debita, eis exsolvantur, qui anno 1624 d. Jan. post sessione perceptionis vel quasi fuerunt & in §. 48. Ad consequendos reditus census decimas & pensiones in iis A. C. statuum dictionibus ubi Catholici Anno 1624. notorie in possessione vel quasi exercitij Jurisdictionis Ecclesiasticæ fuerunt, ut antur eadem posthac quoq;, sed non nisi in exigendis hisce pensionibus nec procedatur ad excommunicationem, nisi post tertiam demum denunciationem.* Quin quod ita exercitium Religionis mutaretur, & publicum Religionis exercitium impediretur, contra *Instr. P. art. 5. §. placuit 34.* ex quo ipso fundamento *Jus illud simultanei,* quod hodie in publ. Imperii Comitibus tam acriter in controversiam vocatur, destrui potest. Idem quoq; ad Ducatum Silesiæ applicari posse autumo. Quamvis enim Jurisdictio Eccles. non videatur suspensa respectu Silesiæ: quia tamen Imper. invictissimus

*In Ecclesiis
Evang. con-
sensus*

*Principis
requiritur*

*Ex veteri
Ecclesia*

*quandoq;
nova pro-*

*spiciens-
dum.*

*Dismen-
bratio non*

*debet fieri
contra 7. p.*

*Applicatur
ad Duca-*

tum Silesiæ

mus Silesiæ Principibus A. C. *art. V. §. 38.* Instr. P. liberum exercitium Augustanæ Confessionis indulgit, reliquisq; subditis *art. 39.* idem exercitium permittit. Episcopi Catholici non possunt Parochianos A. C. addicere Parocho Catholico, sed jure tantum suo ita uti, ne contra invictissimi Imperatoris placita veniant & liberum exercitium A. C. addictis auferatur, quod necessario fieret, si Parochiæ Catholicæ subjicerentur.

Extenduntur fines per unionem Parochiarum.

§. XI. Sicuti vero per *dismembrationem* coarctantur fines Parochiales, ita per *unionem* sæpius extendantur, de qua unione Ecclesiarum cum eruditissime Dn. Joh. Philippus Slevogtius, JCrus Jenensis egerit quatuor dissertationibus, binis verbis saltem fundamenta hujus unionis hic delineabo, B. L. quoad specialiores conclusiones ad cit. Autorem ablegans. Varia autem genera unionis vulgo habentur, ex quibus duo tantum ad scopum meum faciunt vel quando Ecclesia una alteri subjicitur vel quando Ecclesiæ ita uniuntur ut quidem suum statum non amittant, sed tantum uni Parocho subjiciuntur ut tamen utraq; Ecclesia maneat Principalis, id quod ex iis quæ dicta sunt §. 5. *hujus cap.* intelligi potest, ut tamen talis unio legitime fiat, præsupponenda sunt certa requisita. Sic (1) in nostris Ecclesiis consensu & autoritate Principis vel Consistorii fieri debet, cum hujus autoritate, ut dictum §. *antec.* constituantur fines Parochiales. (2) accedere debet causæ cognitio, ut inquiratur, an necessitas vel utilitas Ecclesiarum postulet, ut uniantur. (3) Ut abhibeatur consensus tum Patroni, quoniam ejus interest propter jus præsentationis, tum Parochianorum, quoniam & horum conditio potest fieri deterior, si proprio relicto templo remotiorem Ecclesiam frequentare debeant. Parochiarum consensu non adeo hic supponimus quoniam rarius uniones fiunt vivente adhuc Parocho, sed tunc cum Ecclesia vacans est.

Requisita unionis.

Probatio finium Parochialium quomodo suscipienda.

§. XII. Quod si contentio de finibus Parochialibus confusis inciderit, per finium regundorum Judicium fines dirigendi, ubi tota res in probatione finium Parochialium consistit. Possunt autem probari hi fines per libros antiquos, testes senes & famam. *c. 13. de Probat.* In antiquis enim testibus senibus multum credi-

creditur. Equidem in *c. plures 54. C. 16. Q. 1.* disponitur, ut si contentio fuerit de terminatione duarum matricum, plebs utrarumq; discernere debeat, & si non convenerint, Dei Judicio discernatur. Ex quo textu Anton. Grannanieto *ad c. 4. X. de Paroch. n. 4.* putat, concludi posse non libris antiquis fines Parochiales probari posse. Quamvis vero duplici ratione ad textum respondeat, non tamen videtur ei satisfecisse. Equidem ego videri non possum, quomodo ille textus possit adduci pro contraria sententia. Scilicet populus utriusq; Parochiæ omnino de finibus discernere debet. Sed quomodo? per legitimas probationes, quæ hic non excluduntur. Quod vero additur in textu, Dei Judicio Contentionem de finibus in subsidium esse dirimendum, hoc *de sorte* explicat cit. Grannanieto, quia dicitur in *c. 1. C. 26. q. 2. Sors non aliquid mali est, sed res in dubitatione humana, divinam judicans voluntatem*, quæ explicatio adhuc admitti potest. An vero voluntas divina ex sorte semper haberi possit, alia quæstio est. Cæterum Glossæ explicatio, quæ iudicium Dei per iudicium Ecclesiasticum explicat, nimis superstitiosa est. Cum vero in probandis finibus maxime in obscuro versetur, hinc exacta probatio hic non requiritur, sed admittuntur etiam leves propter difficultatem. Hieron. de Monte Brixiano *de finibus regund. cap. 51.* adeo ut testes de auditu non excludantur, deponentes scilicet se semper audivisse a suis Majoribus, (quorum alio aliquos nominare debent) limites eorumq; porrigi Mascard. *de probat. concl. 395. n. 7.* In Antiquis enim probatio per visum dicitur impossibilis. *Id. c. 52. c. 7.* Porro etiam admittunt libros antiquos Historiarum & Chronicorum Barbof. *de Jur. Eccl. lib. 1. c. 20. n. 31.* dummodo illis a Majoribus fides fuerit adhibita. Mascard. *de probat. concl. 396. n. 6.* Imprimis vero instrumenta pro confinibus facta probant Barbof. *cit. l. n. 35.* Et in genere sicuti in probandis antiquis confinibus admittuntur plures probationes imperfectæ; ita idem dicendum puto in finibus Parochialibus Barbof. *cit. l. n. 39.*

An ex libris antiquis.

Sufficit probatio qualis qualis.

Testes de auditu admittuntur.

Libri antiqui Historici.

Instrumenta.

§. XIII. De Præscriptione finium Parochialium disponit *c. 4. Quomodo X. de paroch.* ubi Pontifex distinguit, utrum constes, fines legitime præscribantur

*Cur sint
impræscri-
ptibiles fi-
nes certi*

*Incerti 30.
ann. præ-
scribuntur*

*Fines Ec-
clesiastico-
rum prædi-
orum præ-
scribuntur*

*Effectus fi-
nium est,
ne Paro-
chus ultra
fines quid
agat.*

ma probatione vel alias indubitata fide esse statutos Ecclesiastica ordinatione, nec ne. Priori casu nulla admittitur præscriptio: bene tamen posteriori. Cum enim ita publica autoritate constituti sint fines in utilitatem publicam; & ita immutabiles hæcenus sint, ut privato ausu immutari nequeant: Hinc quoque præscriptio hic locum non habet: Anton Grannanieto *ad cit. c. 4. n. 2.* Unde & fines Parochiales, quatenus tales, dicuntur esse juris publici, secus ac privatorum prædia, quorum fines propria constituntur auctoritate Barbofa. *de Offic. & Potestate Episc. P. 3. alleg. 131. n. 5. & in collectan. ad c. 4. n. 1 2.* Quod si non sint certi Parochiarum fines, tunc præscribuntur spatio 30. annorum per *c. 6. C. 16. q. 6.* ubi Papa Innocentius hanc eandem admittit distinctionem Barbof. *Jur. Eccles. lib. 1. c. 20. n. 29.* Sed tunc ferè non præscribuntur fines, & proinde citati textus ratio cessat Grannanieto *cit. l. n. 4.* Aliud vero omnino est, utrum fines Parochiales possint præscribi an vero fines prædiorum Ecclesiasticorum? Posterius omnino admitto, cum ibi fines quoque, privata autoritate sint constituti & huc spectate. *9. de præscript.* ubi quadraginta annorum præscriptio admittitur. Conf. Ganzalez. Tellez. *ad cit. c. Grannanieto cit. l. n. 5.* Hoc quoque facile patet, hanc assertionem tantum intelligendam esse de finibus, quatenus fines Parochiales sunt: si enim considerantur non in quantum fines sunt, sed respectu soli quoad Dominium, tunc utique admittenda præscriptio Barbof. *de Offic. & Pot. Episc. cit. l. n. 11.*

§. XIV. Effectus finium constitutorum maxime in hoc sese exerit, ut quisque Parochus proprium jus habeat, quod quasi ejus sit territorium, in quo residet, & jura sua Parochialia exercet, ita ut nullus alterius Parochiæ terminos aut jus invadat; sed unusquisque suis sit contentus terminis, Grannanieto *ad c. 4. X. de Paroch. n. 2.* Neque aliud dicere possum, si faciem nostrarum Parochiarum inspicio, cum & hic fines alterius alter ingredi non debeat, seu falcem in alterius messem mittere, adeo ut vix ac ne vix quidem admittatur, ut Parochus alterius Parochiæ subditum possit invadere, & preces cum eo ad Deum funderè. Cur? Terminos seu limites Parochiales transgreditur. Sed de hoc alibi. Unde

Unde & quæ in jure Civili de finibus regundis item de termino moto disposita sunt, hic quoque applicari possunt, quæ tamen hic latius exlegvi nostri instituti esse non reor.

§. XV. Continet autem districtus ille Parochialis in se *Requiri-
tam Parochialem.* Variæ alias species Ecclesiarum a Canonistis *tur 3) Ec-
tradi solent. Parochialis dicitur, quæ habet jus consistens in cura* *clesia Pa-
animarum ipsarum Parochianorum, certis limitibus constans,* *rochialis.
ipsis sacramenta ministrans, & proprium habens Parochum* *Ecclesia
Barbos. de offic. & pot. Paroch. p. 1. c. 1. n. 26. Herc. Marefcottus var. Parochia-
Resolut. lib. 2. c. 95. n. 1. sine prælatione tamen & prærogativa seu* *lis quid.
dignitate, nam personatum tantum gerunt Parochi Id. de Jur.
Eccles. lib. 1. c. 20. n. 17. Unde vulgo ad eam requirunt, (1) ut in ea* *Requisita
fit sacerdos habens potestatem ligandi, quæ potestas fori pœni-
Parochia-
tentialis dicitur, (2) ut habeat certos fines, intra quos populus* *lis Ecclesie
Ecclesie illi deputatus vivat, (3) ut Parochus ibi curam exerceat
suo nomine, (4) ut solus & non cum aliis administret Camill.
Borell. Decis. 2. n. 17. Barbos. de offic. Paroch. cit. l. n. 27. & de Jure Ec-
cles. c. 1. n. 18. ut tamen non excludantur Diaconi Ziegl. ad Lancell.
lib. 2. tit. 18. §. 3. ficuti & hodie in nostris Parochialibus Ecclesiis
plures Parochi esse possunt, ut adeoque hoc ultimum requisitum
non attendatur. Alii adhuc tres notas Ecclesie Parochialis con-
stituunt (1) ut suo jure habeat baptisterium (2) ut suo jure deci-
mas capiat in suo territorio, non etiam si ex aliena concessione
(3) ut habeat sepulturam Francisc. de Roy Instit. jur. Can. lib. 2. tit.
14. §. 3. 4. 5. Sed vero hæc talia præsumtionem non levem indi-
cunt pro Ecclesia parochiali, sed tamen non necessario ex his infer-
tur ad Curam Parochialem Barbos. de Jur. Eccl. lib. 2. c. 1. n. 26.
Adeoque ex inde unice Ecclesia Parochialis probari nequit. Imo
& si vel maxime hæc requisita tria desint, tamen non necessario
inde inferri potest, eam non esse parochialem Ziegl. ad Francisc.
de Roy Instit. Jur. Can. cit. l. §. 3. Barbos. de offic. & potest. Paroch. P. 1.
c. 1. n. 29. seqq. Sic porro Parochialitas non probatur ex camp-
anis ex cœmeterio. Barbos. cit. l. n. 34. Unde in Probatione Pa-
rochialitatis prioribus requisitis adductis insistendum foret.*

§. XV. Huic opponitur Ecclesia *Cathedralis & Collegiata. Il-
la dicitur, in qua Episcopus, ipse cum Capitulo residet sic dicta* *lis Ecclesia.
a Cathe-*

a Cathedra: quia Episcopi, quorum munus proprium & præcipuum est docere *c. inter cetera de offic. ordin.* sedentes olim in scelio & Cathedra docebant; & quoties Episcopus aliquis creabatur, collocari in eo folio atq; throno solebat, velut possessionis cuiusdam apprehendendæ gratia Franc. Duarren. *de Sacer. Eccles. Ministr. lib. 7. c. 5. n. 1.* Ill. Dn. Stryk. *ad jus Eccl. Brunnem. lib. 2. c. 2. §. 2. verb. Cathedralis Ziegl. ad Institut. Jur. Canon. Franc. de Roi lib. 2. c. 14. §. 2.* Unde quoq; notum est *Cathedraticum*, quod in honorem Cathedræ solvitur Linkius *de Jure Episc. c. 10. n. 65.* Duarren. *cit. l.* de cuius taxa videri potest Barbosa *de jure Eccl. lib. 3. c. 20. n. 10.* & alias *Synodaticum* appellatur *c. ult. de caus. poss. & propr.* Fufius de Ecclesia Cathedrali agit Barbosa *de Jure Eccles. lib. 2.* Ecclesia *collegiata* est, quæ collegium seu capitulum quidem habet, nullum tamen apud se Episcopum, sed Episcopo Ecclesiæ Cathedralis subest, quippe qui plures collegiatas Ecclesias sub se habere potest. Ziegl. *ad Lancell. lib. 2. tit. 18. §. 3. verb. & Parochialibus* & requirunt Canonistæ numerum trium Canonicorum ad constituendam Ecclesiam Collegiatam Ill. Dn. Stryk. *ad jus Eccl. Brunnem. lib. 2. c. 2. §. 2. verb. collegiata.* Quæ autem sint indicia & notæ hujus Ecclesiæ collegiatae, fufius expendit Barbosa *de Jure Eccles. lib. 2. c. 6.* Et hactenus hæc Ecclesiæ, Cathedralis & collegiata, a Parochiali differunt, quod in illis omnes Clerici sint in dignitate eaq; annexam habeant dignitatem, quod secus in Parochiali ut supra dictum Ziegl. *cit. l.* Et certe hæc distinctio post reformationem non sublata; sed pluribus in locis adhuc Ecclesiæ Cathedralis & collegiatae reperiuntur, juribus Episcopalibus *post. Instr. Pac. art. 5. §. 12.* penes Principes territorii residentibus Linkius *de jure Episc. c. 6. n. 59.* ita tamen ut curam animarum supremam hi ipsi per Superintendentes exerceant, qui adeo particulam quandam solum Juris Episcopalis concessam habent. Linck. *cit. n. 63.* Quando autem novæ ædificantur Ecclesiæ, illæ plerumq; sunt Parochiales, nec enim Cathedralis aut collegiatae de novo eriguntur, ut adeoq; de Ecclesiis Parochialibus apud nos erigendis & de modo non adeo debeamus esse solliciti: Illud vel binis verbis addere sufficit, autoritate Principis in nostris terris ex-

Ecclesia
Collegiata.

Differen-
tia harum
Ecclesia-
rum a Pa-
rochiali.
Distinctio
hæc etiam
apud Evan-
gelicos re-
tinentur.

Parochia-
les Eccle-
siae exstru-
untur au-
toritate
Principis.

Negligentia Parochi non mutat statum Parochie.

dem quoad reditus & decimas nulla mutatio oritur *J. P. art. V. §. 47. & 48.* interim quoad exercitium religionis non amplius possunt dici Parochiani, adeoq; vix hic casus huc pertinet. Quod si tamen Parochus neglexerit, sacra administrare, ut Parochiani ea ratione cogantur, accedere ad alia loca ad ea percipienda, hæc negligentia utiq; non potest mutare statum Ecclesiæ Marefcottus *cit. l. n. 6.* præsertim si constet, Parochiam habere certos limites, intra quos adsint habitatores. Et sicuti fines Parochiales sunt in præscriptibiles: Ita & hoc casu populus, licet per longissimum tempus, suam propriam deserens Ecclesiam, ad aliam Ecclesiam accesserit, se præscriptione contra propriam Ecclesiam non possit tueri.

Requiruntur 5. aedes in Parochie existentes.

Domus in finibus Parochiarum postea cuiusnam censetur Parochie esse.

Judicium de Doctorem in hac questione sententia

§. XIX. Deniq; & aedes finibus Parochialibus inclusas continet. Ad quem effectum autem aedes huc referamus, suo loco, ubi de oneribus Parochialibus agendum erit, patebit. Brevibus: jus Parochialitatis aliquando quoq; ipsis aedibus inhæret; & sic spectant ad illam Parochiam, intra cujus fines sitæ, ut ita applicari possit vulgatum illud: *Quicquid est in parochia, est etiam de parochia.* Hinc statim quæstio exsurgit, quid juris, si domus aliqua in medio duarum parochiarum sit constituta, cujusnam Parochiæ censeretur? Bartholus & qui eum sequuntur, hic ordinarie argumentum deducere solent *ex l. prædii 89. §. pen. ff. de Leg. 3.* ubi ex aditu judicetur, an hortus cedat legato domus. Ex quo inferunt, aedes illas ejus Parochiæ esse per quam habet aditum Joan. Baptist. Saminiato *controv. 40. n. 11.* Quod si ab utraque parte abitum habeat, attendi debet per quam partem sit aditus frequentior. Jacobus Caneerius *Var. Resol. P. 3. c. 20. n. 147.* Petrus de Murga *de benef. Eccl. quæst. 2. §. 9. Sc. Et. 1. n. 593.* Ex aditu nimirum judicatur, an hortus sit accessorium domus? Sic quoq; ex aditu aedium tanquam parte potissima earum judicari debet, cujusnam Parochiæ sint aedes? Verum nescio, an hoc argumentum sit stringens. Non enim hic quæstio est de aliquo accessorio aedium, quod hætenus ex aditu judicari potest; Sed de ipsis aedibus, ad quam Parochiam spectent: neq; aditum aedium pro parte principali earundem reputare possum: præsertim

tim in hoc casu, ubi ædes intra fines utriusq; Parochiæ sunt posita. Hinc rectius videtur sentire barbofa *ad c. 1. X. de paroch. n. 9.* qui in dubio ædes utriq; Parochiæ adjudicat, ut jura inde dependentia inter Parochos alternis vicibus dividi debeant.

§. XX. Diximus autem, ædes in Parochiali districtu positas regulariter censeri de Parochia esse, quod ad hoc proficit, ut quilibet Parochus habeat intentionem fundatam contra omnes ædes in sua Parochia positas, sicuti Episcopus contra omnes in sua Diocesi existentes, ut hinc, qui in exceptione se fundant, privilegium exhibere vel de præscriptione fidem facere teneantur. Engel in *Colleg. Jur. Can. lib. 5. tit. 33 n. 27.* Nam exemptionem vel per Privilegium vel per præscriptionem 40. annorum acquiri posse communiter probant. *c. tum olim 18. de præscript. P. non mit. in c. tum non licet 12. in f. de præscript.* Si vero de exemptione ædium constet, tunc non censentur esse de illa Parochia; adeo ut tales ædes inhabitantes pro Parochianis haberi nequeant, sed plane pro extraneis, Barbofa *Off. Episcopi P. 3. alleg. 89. n. 27.* Sic in hac celeberrima Urbe Hallensi ædes quædam Residentiam proxime tangentes sunt exmtæ, quæ vulgo vocatur Freyhäuser/quæq; adeo nulli certæ Parochiæ addictæ sunt, ut interim inhabitantes ejus Parochiæ esse censeantur, in cujus Ecclesia sacris interfuerunt; id quod optime observavit Illustre Consistorium hujus dictæ Civitatis, dum in casu quodam ejusmodi Recessum ediderit: Demnach N. N. Ehefrau in der Churfl. Brandenburgischen Residenz allhier ohnlängst Verstorbenen/ und demn zwi schen dem Ministerio der hiesigen Kirchen zur lieben Frauen und dem Ministerio auf dem Neu-Markte wegen des Begräbniß-Actus, Streit entstanden/ worbey sich der Churfl. Brandenb. Hof-Prediger allhier/ protestando gemeldet/ so ist bey dem heutiges Tages gehaltenen Consistorio geschlossen worden/ daß weiln besagte Resident zu keiner gewissen Parochie gehöre/ die bißher geschehene Actus zu keiner Consequenz gezogen/ in zukunfft aber es damit also gehalten werden solle/ daß wenn jemand in der Residenz oder den darzu-gehörigen Häusern versterben und der Verstorbenen sein Begräbniß bestellet haben würde/ derselbe an den Ort/ wohin er beerdiget zu seyn verlanget/ gebracht/ wo aber

*Parochus
habet fundatam
intentionem
contra ædes in
Parochia
positas.*

*Exemptio ædes
parochialis
subtrahit.*

aber nichts verordnet/ in die Parochie/ zu welcher er sich bey seinen Le-
ben gehalten begraben/ und dadurch der Churfürstl. Schloß-Kirchen in
ihren rechten nichts benommen werden solte/ welches zur Nachricht an-
hero registriret und Abschrift davon jedweder Kirchen zu ertheilen be-
fohlen worden. Actum Halle den 9. Junii 1698.

*Parochia-
lis Ecclesia
in posses-
sione consti-
tuta con-
tinuam ex-
emptos manu-
tenenda.*

§. XXI. Qvod si tali exemptione non constat, tunc hactenus Pa-
rochialis Ecclesia in possessione vel quasi juris Parochialis con-
stituta manutenenda, quæ quasi possessio Parochialis in summa-
rissimo possessorio acquisita censetur per exercitium curæ ani-
marum & actuum parochialium cum scientia & patientia ex-
emptorum effectuatuum Consultis. Dn. Herold. *in obs. forens. obs.*
23. Hoc tamen ad illum casum minime applicari posse puto, ubi
Ecclesiæ alicui jus parochialitatis in controversiam vocatur, ab
alia quæ ex sola possessione vel quasi manutenentiam prætendit.
Supra enim c. 1. de Parochiis §. 43. Ostensum est, possessorium de
Parochiis non esse nudum sed mixtum, adeoque requiri posses-
sionem titulatum h. e. illa Ecclesia, quæ se in possessione Parochi-
alitatibus fundat, simul titulum allegare debet, quod præses tum
tunc obtinebit, si Ecclesia incorporationem quendam
seu unionem prætendat.



COROLLARIA

I.
Improbabile est, Regem Romanorum posse committere crimen læsæ Maiestatis in Imperatorem.

II.
Rex Romanorum vivo Imperatore electus non gaudet potestate vicaria delegata, sed potestate propria quamvis in R. I. de anno 1555. appelletur *vicarium Imperii caput*.

III.
Habet Rex Romanorū Majestatem ejusq; Jura, quamvis vivente Imperatore illa actu sese non semper exerant.

IV.
Vtile & statui nostri Imperii valde congruum videtur, eligere Regem Romanorum vivente Imperatore.

V.
Rex Romanorum vivo Imperatore electus non constituit Dyarchiam.

VI.
Jus Palatinatus Electori Saxoniae quoque competit, & vi illius Juris tenet vicariatum.

VII.
In pactis confraternitatis non aliter confirmatio Imperatoris requiritur, quam quatenus fiunt de feudis Imperii

VIII.
Pacta confraternitatis non solus Imperator confirmat, sed concurrere debent Electores unanimiter.

IX.

IX.

Donatio ad pias causas ultra 500. solidos facta insinuanda est.

X.

In foro contractus actio ex illius obligatione descendens institui nequit, si reus ibi non reperiat.

XI.


Ob insidias vitæ structas agi potest ad plenum divortium quoad vinculum.

XII.

In terris Protestantium Hæretici recte testamenta condunt.

ERRATA.

p. 3. l. 14. pro *alio bifum* l. aliorum p. 4. l. 4. pro *habam* hanc l. nævum hunc p. 4. l. 21. pro provideatur l. provideatur p. 6. l. 18. l. habitam p. 7. l. 6. post *causis* del. punctum. p. 7. l. 6. ante f. l. ipsisque p. 9. l. 18. blanda. p. 10. l. 24. pro cum l. eum. p. 11. l. 7. l. innominatus p. 11. l. 15. l. indignissimi Ecclesie obrudantur p. 12. l. 14. l. solvat. p. 16. l. 3. l. patronus p. 13. l. 7. l. probanda p. 19. l. 18. l. manuum. p. 22. l. 2. pro *a* l. ab. p. 22. l. 20. leg. officij p. 24. l. 17. l. respexit. p. 24. l. 2. ant. f. l. potius p. 24. l. 1. ant. f. l. paranympum. p. 28. l. 13. l. parochum p. 29. l. 10. l. resideat. p. 29. l. 14. l. coram p. 29. l. 16. pro *Barbosa* l. a Barbosa. p. 29. l. 4. ant. f. l. quxdam. p. 32. l. 3. l. solet. p. 35. l. 4. leg. inculceat. p. 38. l. 9. ante f. pro *libere* l. liberi. p. 47. l. 11. leg. determinari l. 4. ant. f. l. quoad p. 49. l. 4. l. actus p. 49. l. ult. pro *equidem* l. eiusdem p. 52. l. 6. ant. f. l. parochiis p. 56. l. 13. pro *verbis* l. urbis p. 57. l. 23. l. diserte p. 59. l. 18. l. decimas p. 60. l. 8. ante f. l. parochorum consentum p. 61. l. 8. l. videre p. 61. l. 13. ant. f. del. alio p. 65. l. 3. l. parochialis p. 66. l. 13. ant. f. l. iudicatur p. 66. l. 10. ant. f. l. aditum p. 68. l. 6. inf. de tali p. 68. l. 11. l. effectuatum p. 68. l. 3. ant. f. pro *preses* tum l. presertim.



Halle, Diss., 1702 A-k

ULB Halle 3
003 891 690



f

Sb.

VD18





DISPUTATIO JURIS E

De

NEXU ROCHO

ET

PAROCHIA

QUAM

RECTORE MAGNIFI
SERENISSIMO PRINCIPI

DN. FRIDER. W

CORONÆ BORUSSICÆ ET
BRANDENBURGICI H

IN REGIA ACADEMIA F

PRÆSID

JUSTO HENNIN

PROFESSORE JURIUM

d. April. MD

IN AUDITORIO

publicæ disquisitioni erudito

FRIDERICUS AUGUSTIN

Saxo-Halen

Typis Orphanotrophii Glat

